

bes, id pauperibus distribue. Eodem uero die una cum Sixto diaconi sex interficiuntur: Felicitissimus, Agapitus, Ianuarius, Magnus, Innocentius, Stephanus sexto idus Augusti, Laurentius uero triduo post una cum Claudio subdiacono, & Seuero presbytero, & Crescentio lectore, & Romano ostiario uariis cruciatis necatur quarto idus Augusti. Exusentio igni Laurentium ostentat. Vincentius uero quem Sixti discipulum fuisse constat, in Hispaniam profectus, huic martyrio interesse non potuit. Sixtus autem in pontificatu suo sacrorum ordinum potestate bis fecit mense decembris, unde & presbyteros quatuor, diaconos septem, episcopos duos creauit: Sixti corpus in coemeterio Calisti uia appia sepelitur. Reliqui uero martyres iacent in coemeterio Prætextati in agro Verano uia Tiburtina. Sedit autem Sixtus annos duos, menses decem, dies tres & uiginti. Vacat tum sedes dies quinque & triginta,

DIONYSIVS .I.

XXVI. pont.

Claudius imp.

Paulus Samo. episcopus.

Gregorius Cæsariensis episcopus.

XXVII. pont. Aurelianus imperator.

Dionysius cuius originem Damasus inuenire potuisse negat, ex monacho pontifex creatus, presbyteris ecclesias & coemeteria in urbe Roma statim diuisit. Parochias & dioceses foris distribuit, quo quisque finibus suis limitibus uel contentus esset. Huius temporibus fuisse Claudium existimauerim: qui ubi ex uoluntate senatus imperium suscepit, Gotthos annis iam quindecim, Illyricum Macedoniamque uastantes, bello adortus incredibili clade superauit. Hac ob rem in curia aureus elypeus, in Capitolio aurea statua eidem a senatu decreta est. Morbo autem correptus apud Syriam moritur, nondum expleto biennio in imperio. Quo mortuo statim Quintilius frater ab exercitu imperator eligitur, uir quidem unica moderationis, & qui solus fratri praeferi posset. Is quoque decimo septimo imperii die interficitur. Dionysii uero temporibus, Paulus Samosatenus ab orthodoxa fide desciscens, Artemonis haeresim suscitauit. Nam in demortui locum Antiochenus episcopus creatus, superbe nimium sese habebat. Inter eundem enim praesuperbia & literas relegebat, & dicebat epistolas, multis contumaciter agmine praecedentibus ac subsequentibus, unde propter hominis arrogantiam christianam religionem plerique detestabantur. Sed quid facerent nostra tempestate, qua nil uel superbia uel pompae, nolo dicere luxuriae, addi potest? Si tot adolescentes antea mulones feruicatos et coccinatos in equis praeferebantur ac phalaratis uiderentur? Sicque subsecutus praesbytero rui turbam cernebat chlamydis? optimi cuiusque coloris hinc inde ab equis deauratis pendebantur? Execraretur eos sat scio: diceret nil eis cum Christo propter similitudinem quandam religionis commune esse. Ad Paulum redeo, quem tutius reprehendere licet. Is enim in status opinione suis, ac tribunal altius querens, negabat dei filium esse de caelo descendisse, sed a Maria cepisse originem, & initium esse terra habuisse. Hanc ob rem in concilio Antiocheno omnium episcoporum, qui aderant consensu publice damnatus est: maxime uero Gregorius caesariensis episcopi, uiri sanctissimi sententia, qui tanto concilio interfuit: & postea pro fide Christi martyrii penam subiit. In Paulum uero Malchio Antiochenus presbyter multa disseruit & scripsit, quia Artemonis haeresim (ut dixi) instaurare conabatur. Huic autem concilio propter senium interesse Dionysius non potuit. Ea tamen de re ad eum per Maximum Alexandrinum episcopum late perscriptum est. Mortuus autem Dionysius sepelitur in coemeterio Calisti, ubi ex institutionibus duabus, mense decembris habitis, presbyteros duodecim, diaconos sex, episcopos septem creasset. Sedit annis sex, mensibus duobus, diebus quatuor. Vacat tum sedes dies sex.

FELIX .I.

Felix natione Romanus, patre Constantino, Aureliani tempore fuit, qui anno ab urbe condita millesimo ac uigesimo septimo imperium adeptus, uir militari disciplina clarus, Gotthos apud Danubium graui praesidio superat. In Asiam deinde traiciens, Zenobiam, qua occiso Odenato marito orientis tenebat imperium, apud Thymas haud longe ab Antiochia terrore magis quam praesidio uincit, eamque in triumphum unam cum Tetrico ducit, quo apud Catalaunos superato, Gallias receperat. Aureliani tamen clementia & humanitate Zenobia honorifice in urbe conueniuit: unde Zenobia fas-

milis Romana originem habuit: & Tetricus conseruatus Lucanis deinde praesuit. Ad pacis uero opera conuersus imperator, & templum Apollinis, & muros urbis magnificentissimis operibus extruit. Hic autem postea mota in christianos persecutio, nonus a Nerone de caelo tactus inter Constantinopolim & Heracleam in Zenophurio occiditur. Felix autem martyrum gloriae consulens, statuit ut quotannis sacrificia eorum nomine celebrarentur, utque nullibi quam in sacro loco & a uiris sacris initiatis sacrificium, quod missam appellant, celebraretur, necessitatem semper expiciens. Quod si de consecratione templi ignoratum fuerit, utpote, uetustate, & abolitione monumentorum, consecrari denuo mandat. Neque enim (ut ipse aiebat) iteratum dicitur, quod factum esse nescitur. Huius tempore Manes quidam gente Persa, uita & moribus Barbarus, pfiteri se Christum ausus est, alicuius in societatem duodecim discipulis, quo fidem rebus in omnibus faceret. Ut autem impugnatur Manes ob impietatem & superbiam, ita maxime laudatur Anatolius Laodicensis episcopus propter religionem & doctrinam. A usus etiam eodem tempore Saturninus est nouam Antiochiam condere, exercitus opera fretus. Verum dum audacter nimium imperium quoque molitur inuadere, Apameae tandem occiditur. Felix autem ubi repetitis sacris ordinibus mense decembris, presbyteros nouem, diaconos quinque, episcopos quinque creasset, martyr uia Aurelia sepelitur, tertio calendis Iunii in basilica, qua antea in honorem dei considerat, secundo ab urbe miliario. Sedit autem annis quatuor, mensibus tribus, diebus quindecim. Vacat tum sedes dies quinque.

EUTICHIANVS .I.

Eutichianus natione Tuscus, patre Maximo, temporibus Aureliani fuit: cui quidem interempto Tacitus succedit, uir certe idoneus reip. gubernanda ob eius uirtutem & integritatem. Verum in Ponto sexto mense post adeptum imperium occisus est. Florianus quoque qui Tacito successit, tertio demum imperii sui mense, apud Tarlum occiditur. Eutichianus autem instituit, ut in altari frugibus benediceretur, maxime uero fabae & uuae. Constituit item nequi martyres sepelire uellent sine Dalmatica, colobione purpureo id facere auderent, se nesciente praesertim. Sunt qui scribant huius temporibus Dorotheum eunucho fuisse, uirum certe graecae & hebraica lingua doctissimum, cuius doctrina mirifice delectatum Aurelianum ferunt. Nam ita primis imperii sui annis christianis fauit, ut Pauli Samosatani secta ab ecclesia separauerit. Verum postea malis consilijs subornatus in christianos (ut dixi) persecutionem mouens, scriptis iam ea de re praesides prouinciarum literis, diuino iudicio interimitur. Ipsius autem Dorothei scripturas sacras exponentis auditor Eusebius etiam adolecens fuit. Anatolius quoque Alexandrinus Laodiceae Syriae episcopus, multae doctrinae uir, praesclara quaedam in mathematicis & scripturae sacrae tum composuit. Inuectus est & in Manichaeos: haeresim, quae tum maxime inualuerat. Hi ad reliquos errores & duas substantias introduxerunt, bonam & malam, dixeruntque animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare. Testamentum uetus omnino respuebant: nouum uero aliqua ex parte recipiebant. At Eutichianus ubi ex sacris ordinibus mense decembris habitis, presbyteros quatuordecim, diaconos quinque, episcopos nouem creasset, martyrio coronatur: & in coemeterio Calisti uia Appia sepelitur octavo calendis Augusti. Sedit annu unum, mensem unum, diem unum. Vacat tum sedes dies octo. Sunt tamen qui scribant eum annis octo, mensibus decem in pontificatu uixisse, sed ego multo magis Damasus credo, qui primae sententiae autor est.

CAIVS .I.

Caius natione Dalmataeus patre Caio, ex genere Diocletiani imperatoris, primum Probi tempore fuit, deinde Caio & Carino imperantibus. Probus autem rei militaris gloria insignis, suscepta reip. administratione Gallias a Barbaris occupatas ingenti felicitate restituit. Saturninum imperium usurpare conantem in oriente, Proculum & Bonosum Agrippinae magna celeritate oppressit. Apud Syrium tamen uir acer & iustus tumultu militari & licentia occidit, anno imperii eius sexto, post quem Carus Narbonensis imperium suscepit, ac biennio tenuit. Hic cum filios duos, Carinum

Manes haeretici.

XXVIII. pontifex.

Florianus successit Tacito.

XXIX. pont.

Carus Narbonensis.

& Numerianū ad gubernacula imperij traduxisset, bello Parthico captis etiā Celenis & Ctesiphonte nobilissimis urbibus, in castris fulmine icūs concidit. Numerianus uero qui tum cum patre erat rediens, Apri focii sui fraude necatur. Carinus autem probris omnibus contaminatus à Diocletiano, difficili tamen bello in Dalmatia uictus, scelerum suorum poenas tandem luit. Caius uero ordines in ecclesia distinxit, quibus tanquam gradibus quibusdam ad episcopatum ascenderetur. Hi erant ostiarii, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Idem quoque (ut quondam Fabianus) regiones diaconis diuisit, qui res gestas martyrum conscriberent. Constituit etiam ne prophanus quispiam sacris initiatum in iudicium uocaret, ne ue paganus aut hereticus accusandi Christianum hominem potestatem haberet. Huius tempore fuisse Victorinū Petabionensem episcopum constat, qui multa commentaria in sacros codices scripsit. Inuectus est etiam in haereses omnes, licet non aequè græcam linguam ac latinam nouerit (ut Hieronymo placet) qui affirmat eius scripta grandia sensu, compositione uilissima apparuisse. Pamphilus uero presbyter Eusebij Cæsariensis episcopi necessarius, adeo diuinorum uoluminum cupidus fuit, ut magnam partem librorum Originis sua manu describeret; quos quidem libros Hieronymus affirmat se uidisse in bibliotheca Cæsariensi tanta auiditate, ut Croesi diuitias consecutum se arbitrareretur. Scripsit idem Pamphilus Apologeticum pro Origene, quod etiam Eusebius non multo post fecit. At uero Caius orta in Christianos tempore Diocletiani tanta persecutione, quantum nunquam antea, in subterraneis locis quas cryptas uocant, diu latuit. Captus deinde à persecutoribus unā cum Gabinio fratre, eiusque filia Susanna martyrio coronatur, & uia Appia in cœmeterio Calisti sepelitur decimo calendis Maij. Sunt etiam qui scribant Luciam, Agatham, Hagnetē non multo post martyrium passas fuisse. Sedit autem Caius annis undecim, mensibus quatuor, diebus duodecim. Quo quidem tempore presbyteros quinque & uiginti, diaconos octo, episcopos quinque creauit, quater ordinibus sacris mense decembri habitis. Vacat tum sedes dies undecim.

x. xx. p. d. f.

MARCELLINVS J.

Diocletianus
imperator.

Marcellinus natione Romanus, patre Proiecto, Diocletiani Dalmatæ obscuro loco nati, & Maximiani temporibus fuit. Diocletianus enim anno ab urbe condita. M. XLI. ab exercitu imperator electus, Aprum qui Numerianū interfecerat ipsemet occidit. Verum moto in Gallia tumultu potius quam bello, eodē exercitu Maximianum cognomento Herculeum misit, qui agrestes facile compescuit. At uero circumstrepentibus undique bellis, cum solus Diocletianus resistere tot periculis non posset, Maximianū, Augustū, Cōstantiū uero & Maximianū Galerij caesares creat, Maximianū autē Herculeū Carausio fraude Alekti intercepto Britannia post annos decē recepit. At Cōstantiū, cū primo in Gallia male pugnasset, renouata secundo pugna, multa milia Alemannorum occidit, qui eō uenerat mercede cōducti, ac Gallias pacatas reddidit. Diocletianū interim captā Alexandriā, quā Achilleo resistēte mēsis octo obsederat, diripiendā militibus dedit. Præterea uero Maximianū Galerius cum duobus prælijs contra Narseum bene pugnasset, postremo inter Galiētū & Carras superatur. Atque tā sinistra pugna amissis copijs ad Diocletianū confugit; à quo ita arroganter exceptus est, ut per aliquot milia passuum purpuratus ante currum eius cucurrisse dicatur. Is autem hac cōtumelia motus, repetito bello hostes superat ac domat. Pacatis hoc modo undique rebus Diocletianus in oriente, Maximianus uero Herculeus in occidentē uastari ecclesias, Christianos affligi interficique mandant, decima post Neronem persecutione; quæ certe omnibus diuturnior & immanior est habita. Nā & scripturæ sacræ igni exusta sunt; et si quis Christianus in magistratu fuisset, eo sublato remanebat infamis. Præterea uero serui qui in christianismo perdurabant, libertatem consequi non poterant. milites item Christiani cogebantur aut immolare idolis, aut militiam pariter uitamque deponere, edicto prin-

Decima Christi-
anorum perse-
cutio.

cipis in foro posito. Hoc uero quidam lacerare ausus pelle nudatus, super fuso aceto et saele tandiu cruciatus, quoad uita superfuit. Hunc infide confirmarunt Dorotheus & Gongonius uiri clarissimi. Iisdem diebus forte fortuna in urbe Nicomedia regia domus incendio conflagrare cepit, unde imperator à Christianis id factum falsa suspitione existimans, multos interfici, plerosque uiuos in igne cōijci iubet. Eadem quoque saeuitia usi sunt, qui in Miletena puincia, in Syria, in Africa, in Thebaide, in Aegypto cū imperio erant. In planitie uero Palaestinae & Tyri multi saeuissimis bestijs expositi sunt. Nullum autem genus tormenti Christianis tum non adhibitum est. Pro unguibus enim testas fictiliū uasculorum adhibebant; quibusdam uero arundines acutæ sub unguibus figebantur. Hoc etiam tormento uexatæ mulieres sunt, arundinibus ipsis per pudenda corporum adactis. Urbs quaedam in Phrygia tota combusta est, quia ciues idolis sacrificia exhibere recularunt. Ad aucto Romano uiro sanctissimo eos in fide retinente; ad hæc postremo uenere saeuissimi torores, ut oculis effossis, ac cauterio adultis saeuirent. Passi etiam martyrium sunt Anthimus Nicomediae episcopus, Lucianus presbyter Antiochenus uir doctissimus, Pamphilus Cæsariensis, Phileas Aegyptius, qui & Thmuis uocabatur. Is enim capitali poena afficitur, quod & librum de laudibus martyrum composuit, & impugnare iudices male iudicantes ausus est. Quid plura? cum Damasus referat. XVII. milia hominum utriusque sexus diebus. XXX. per diuersas prouincias martyrio coronata fuisse. Omittit eos qui in insulas relegati sunt, uel ad metallum, uel ad opus metalli, uel ad fodiedas arenas excidendosque lapides damnati, quæ multitudo propè infinita est habita. At Marcellinus pontifex ad sacrificia gentium ductus, cum minis instaret carnifices, ut thura dijs exhiberet, metu perterritus, deos alienos adorauit. Habito deinde non ita multo post concilio centum & LXXX. episcoporum in Sinuesi urbe Campaniæ, eodē & Marcellinus squidus & puluerulentus ac cilicio indutus proficiscitur, petitque ut sibi pro inconstitia debita poena tribuatur. Qui cum damnaret in tanto concilio nemo unus inuenus est, cū dicerent omnes ea ferme ratione Petrum peccasse, ac flendo peccati poenam luisse. Redijt Romam Marcellinus iratus, Diocletianum adiit, hominemque increpat, qui se impulerit dijs gentium immolare. Ducitur ad martyrium Diocletiani iussu Marcellinus cum Claudio, Cyrino, Antonino christifidelibus. Inter eundem uero Marcellum presbyterum admonet, ne Diocletiani præceptis obtemperet in rebus maxime ad fidem pertinentibus; ne ue corpus suum sepulturae traderet, quod diceret ob negatū saluatorē se id nequaquam mereri. Horum autem simul interemptorum corpora Diocletiani iussu ad dies sex & triginta insepulta iacuerunt uia publica. Vnde Petri apostoli iussu, qui Marcellino in somnis apparuit, uia Salaria in cœmeterio, quod Priscillæ deinceps nomen habuit, sepeliuntur sexto calendis Maias apud beati Crescentionis corpus. Tandem uero aperuit oculos deus (ut Eusebius ait) & eo Diocletianum compulsi, ut deposito imperio priuatus uiueret. Idem fecit et Maximianus eius collega acerrimus persecutionis Christianæ autor, qui post aliquot annos multis uariisque morbis uexatus, ac post longos cruciatus infania mentis percitus, furiosusque scelerum agitur, seipsum tandem peremit. Hanc autem calamitatem, quam nostri passi sunt, à deo permissam refert Eusebius, propter corruptos nimia libertate & indulgentia Christianorum mores; maxime uero ecclesiasticorum, quorum puerueritatem diuina iustitia frenare hac persecutione instituit, dum simulationem in uultu, dolum in corde, fallaciam in eorum uerbis cerneret. Hi enim liuore, superbia, inimicitijs, odijs inter se certantes tyrannidem potius quam sacerdotium sapere uidebantur, christianæ pietatis omnino oblitri, ac diuina mysteria prophanantes potius quam celebrantes. Sed quid futurum nostra ætate arbitramur? qua uita nostra eo creuere, ut uix apud deum misericordiae locum nobis reliquerint. Quanta sit auaritia sacerdotum, & eorum maxime qui rerum potuntur, quanta libidō undique conquisita, quanta ambitio & pompa, quanta superbia & desidia, quanta ignorantia tum sui ipsius, tum doctrinæ christianæ, quæ parua religio, & simulata potius uera, quæ corrupti

Phileas Aegy-
ptius ex urbe
Thmuis.

mores uel in prophanijs etiam hominibus (quos seculares uocant) detestandi non attinet dicere, cum ipsi ita aperte & palam peccent, ac si inde laudem quærerent. Veniet (mihi credite) utinam falsus sim uates, ueniet Thurcus hostis christiani nominis Diocletiano & Maximiano uiolentior. Italiae claustra iam pulsata. Nos desideres & somniculosi interitum comunem expectamus, uoluptati priuatae potius quam communi utilitati consulentes. Ad Marcellinum uenio, quem utinam aliquando imitati ad sanitatem redeamus. Hic enim (ut dixi) cognito errore suo, quo a fide defecerat, ad se rediens, martyrium pro fide Christi constanti animo passus est, ubi ex sacris ordinibus bis mense decembris habitis, presbyteros quatuor, diaconos duos, episcopos quinque creasset. Sedit autem annis nouem, mensibus duobus, diebus sedecim. Vacat tum sedes dies quinque & uiginti.

XXXI. pont.

MARCELLVS .I.

Marcellus natione Romanus, patre Benedicto, ex regione Viae latae a Constantio & Galerio usque ad Maxentium peruenit. Constantius enim & Galerius, abdicatis se ab imperio Diocletiano & Maximiano, imperij gubernacula suscipientes, prouincias inter se partiti sunt. Nam Galerius Illyricum, Asiam & orientem sortitus est: Constantius uero singulari moderatione usus, Gallia tantum & Hispania contentus fuit, licet ei & Italia forte obtigerit. Unde Galerius duos caesares legit, Maximianum quem orienti praefecit, & Seuerum cui Italiam commendauit, Illyricum ipse retinuit, quod ea Barbaros hostes populi Romae iter facturos sentiebat. At Constantius uir singularis mansuetudinis & clementiae: Gallis omnibus charissimus fuit, praecipue uero quod & Diocletiani uasum ingenium, & Maximiani crudelitate non sine magno discrimine euaferat. Moritur autem Constantius Eboraci in Britannia principatus sui anno decimo tertio, atque in diuos summo omnium consensu refertur. At Marcellus diuino cultui intentus, ubi Priscilla matrona Romanam impulsisset coemiterium suis sumptibus uia Salaria construere, titulos quinque & uiginti in urbe Roma constituit, quasi diocesibus ad commoditate baptismi & opportunitate eorum, qui ad fidem ex gentibus quotidie ueniebant, consuetum iri & eo modo sepulturis martyrum uidebat. Maxentius uero ubi Lucina matronam Romanam instituisse ecclesiam dei rerum suarum haereditem intellexisset, iratus & mulierem ipsam relegauit ad tempus, & Marcellum captum impellere misit conatus est, ut & episcopatu se abdicaret, & christianum nomen deponeret: quem ubi contemnere & deridere sua praecipua uidit, in cacabulum ad custodienda animalia publica (ut quidam uolunt) statim inclusit: quo in loco nec orationes unquam, nec ieiunia praetermisit. Parochias item non secus ac si liber esset, epistolis gubernabat. Mense autem nono captiuitatis suae a clericis noctu e cacabulo liberatus est, quae ex re maiore parcius ira Maxentius sanctissimum uirum in cacabulum redegit: ubi cum foede & incommode habitaret, pedore & situ mortuus est. At uero Lucina sanctissimi uiri corpus uia Salaria in coemiterio Priscillae condidit decimo septimo calendas februarii. Postea autem re christiana crescente, cacabuli domus in ecclesia erigitur beati Marcelli nomine, quae etiam aetate nostra inuisa. Sunt autem qui scribant Mauritium cum una christianorum legione apud Rhodanum flumen a persecutoribus casum. His additur Marcus, Sergius, Cosmas, Damianus alique complures, qui ubique terrarum caedebantur. Marcellus autem annis quinque sedens, mensibus sex, diebus uno & uiginti ex sacris ordinibus mense decembris habitis, presbyteros sex & uiginti, diaconos duos, episcopos unum & uiginti creauit. Vacat tum eius morte Romana sedes dies uiginti.

XXXII. pont.

EUSEBIVS .I.

Eusebius natione graecus, patre medico, pontificatum adiit Constantino & Maxentio imperantibus. Nam mortuo Constantio (sicuti dixi) Claudij ex filia nepote, Constantinus eius & Helena in gratia Herculei repudiatae filius, occidentis imperium maximo omnium consensu adeptus est. Romae interea pratoriani excitato tumultu, Maxentium Maximiani Herculei filium Augustum nuncupant. Unde Maximianus spe recuperandi imperij ex solitudine Lucaniae Romam uenit, literis Diocletianum adhor-

tatus, ut idem ipse faceret. Contra hos motus missus a Galerio Seuerus cum exercitu, dum urbem Romam obsidet, fraude militum, qui cum Maxentio sentiebant, circumuenit, fugiens demum Rauennam occiditur. Paulum etiam abfuit, quoniam Maximianus pater militum beneuolentiam pollicitationibus & largitione quaerens, a filio Maxentio occideretur. Is autem in Gallias ad Constantinum genitorem profectus, dum circumuenire hostem staret, detecto per Faustam eius filiam dolo, quae rem omnem marito aperuit, fugiens, ac Massiliae oppressus, suorum scelerum poenas tandem luit: uel seipsum (ut quidam uolunt) desperatis rebus interfecit. Dum autem Eusebius in pontificatu uiueret, crux domini inuenta est quinto nonas Maii, & ab Helena Constantini matre exornata, ac in magna ueneratione habita. Baptizatur & Iudas crucis inuentor, quem postea mutato nomine Cyriacum uocant. Haereticos quoque idem pontifex reconciliauit, imposita tantummodo manu. Instituit praeterea ne prophani quos laicos uocant, episcopum in iudicium uocarent, Huius uero temporibus fuisse Laetantium Firmianum constat Arnobij discipulum. Hic cum rhetoricam Nicomediae doceret, infrequentia discipulorum motus, quod id in graeca ciuitate ageret, ad scribendum se conuulit, quae in re tantum ualuit, ut post tempora Ciceronis ab eo secundus habeatur. Multa scripsit, sed illa potissimum extant, quae contra Gentiles, de officio hominis, de ira dei conscripsit. In extrema senectute constitutus Caesaris Crispi, filij Constantini praceptor fuit in Gallia. Eusebius quoque Caesareae Palaestinae episcopus, ac bibliothecae diuinae cum Pamphilo martyre diligentissimus inuestigator, multa eisdem temporibus scripsit, maxime uero libros euangelicae preparationis, ecclesiasticae historiae, in Porphyrium Christianorum hostem acerrimum: Apologias item sex pro Origenis composuit: de uita Pamphili martyris, a quo ob amicitiam cognomen accepit, libros tres. Eusebius autem pontifex habita semel ratione sacrorum ordinum mense decembris, cum presbyteros tredecim, diaconos tres, episcopos quatuordecim creasset, Romae moritur, ac in coemiterio Calisti uia Appia sepelitur sexto nonas Octobris. Sedit autem annis sex, mense uno, diebus tribus. Vacat tum sedes diem unum.

MELCIADES .I.

Melcias natione Apher, Maxentij, Licinij, Maximini temporibus fuit. Licinius enim ex Dacia oriundus a Galerio in partem imperij recipitur propter eius in re militari praestantiam. Hi quoque Constantinum uidebant apud omnes magno esse in pretio Christianis parcebant. Maxentius tamen milites clanculum mittebat, qui obuium quosque caederent. Arte quoque magica delectatus: grauidas, maxime uero christianas funestis sacris adhibitas scindebat infantum causa, quorum cineribus in magia utebatur, ut ostenderet tyrannidem seruari etiam per nephas posse. Simili uesania & crudelitate Maximianus quoque in oriente utebatur, qui magorum magistris & malarum artium doctoribus praemia etiam decernebat, augurij, diuinationibus fidem praestans. Seuioriteris in Christianos haec omnia contemnentes est habitus. Vetera autem delubra renouari, ac more ueterum sacra dijs exhiberi iubet. In hos uero Constantinus inuouens, & Maxentium graui praelio uictum apud pontem Miluium ita superat, ut dum praedolore suarum fraudum oblitus, pontem ad decipiendum hostem structum decipulis tranfit, cum magna parte suorum satellitum submergatur. Et Licinium sororium nauali ac terrestri praelio uictum apud Nicomediam dedere seipsum coegit, uitamque Thessalonicae priuatam ducere, ac merito quidem cum a fide ob inuidiam deficiens, Christianos Constantino fauentes grauibus supplicijs persequeretur. Maximianus uero diuina ultione inflatus subito uisceribus, suppuratisque intestinis ita distenditur, ut inter se & putridum cadauer nil interesset, scateantibus undique uermibus, & tabo serpente, tanto pedore ut sustineri faecor non posset. Hoc uolebant eius merita, qui & nostros ad coemiteria conuenire uetabat, & simulacrum Antiochiae consecratum, subornatis sacerdotibus qui ex adytis id enunciant clausa masse dicebat, pellentes ab urbibus Christianos, & praemia in prouincijs distribuit faceret, dotibus simulacrorum, qui contra Christianos agerent. Tandem uero tyrannus poenitentia ductus, medico ueritatis dicente, decreto publico ueritatis Christianos laedi, eosque suis legibus

Iudas crucis inuentor.

Laetantius Firmianus.

Constantinus Galerius Maxentius imperatores.

XXXIII. pontif.

bus uti sint, Sed hoc nihil ei profuit cum ui fierent omnia, Nam grauissimis morbis diutius cruciatus uiuendi finem tandem fecit, homo saeuus & uarius: nunc enim in Christi anos, nunc pro Christianis agebat, His autem cladibus multi Christiani interfecti sunt, maxime uero Dorothea uirgo sanctissima & pulcherrima, quae mortem potius quam stuprum tyranni pari uoluit. Sophronia quoque a Maxentio sepius de stupro appellata, cum diutius uitare periculum non posset, seipsam interfecit, Lucretiam imitata, Melciades autem institutum fuit, ne die dominico, ne ue quinta feria seiuaret, quia hos dies pagani quasi sacros celebrant. Multa quoque in oblatioib⁹ faciendis constituit, quod Manichaeorum haereticis in urbe Roma tum maxime inualecebat. His autem peractis, Maximini iussu martyrio coronatur, Idem fatum subire & Petrus Alexandrinus episcopus, et Lucianus Antiochenus presbyter, uir moribus & doctrina insignis. Et Timotheus presbyter Romanus, alijque complures episcopi & sacerdotes. Sepultus est autem Melciades uia Appia Calisti crypta quarto idus decembris. Viuus adhuc ex ordinibus sacris semel habitis, presbyteros septem, diaconos sex, episcopos duodecim creauit, Sedit annis quatuor, mensibus septem, diebus noue. Vacat tunc sedes dies septedecim.

S Y L V E S T E R . I .

XXXIII. p^o
sifex.

Constantinus
imperator.

Syluester natione Romanus, patre Rufino, Constantini temporibus fuit, anno ab urbe condita millesimononagesimo primo: Dni uero anno, CCC, XXXIX. Sub hoc tandem principe Christiani a tyrannicis antea oppressi non nihil respirare incipiunt. Nam corporis ac animi dotibus cum optimo quoque principe comparari Constantinus potuit, militaris enim gloria appetentissimus fuit, in bello fortunatus, Pacem potentibus libenter dedit, liberalibus studijs, ubi per otium licebat delectabatur, liberalitate & gratia omnium beneuolentiam sibi comparabat. Multas leges rogauit ex aequo & bono, superfluas abscedit, seueras nimium emendauit, Urbem in Byzantij ruinis de nomine suo condens, eam Romae magnitudine adificiorum parem facere conatus, secundam Romam uocauit, ut litera sub equestri eius statua indicabant, Is igitur tantus princeps omnia circumspectans, omnia considerans, ubi honestatem Christianae religionis intellexit, qua seruare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, paci studere, simplicitate & constantia uti iubemur, eam ita complexus est, ut iturus ad bellum non alio quam crucis signo ueretur. Quod sereno caelo dum in Maxentium tyrannum copias mouet, & uiderat & adorauerat, astantesque angelos audierat dicentes, Constantine *εὐεργετὴς ἡμεῶν*, quod etiam fecit, ac tyrannos omnes a ceruicibus populi Romani Christianorumque omnium depulit, maxime uero Licinium qui Christianos & domo, & militia pulsos, aut religione, aut carcere (ut dixi) ad mortem usque macerabat: aut leonibus obiciebat: aut suspensos tanquam porcos membratim lacerans dissipabat. Tantum itaque principem ac tam humanum Syluester nactus, relicto Soracte monte, quo a tyrannicis se uentibus relegatus fuerat (uel ut quidam uolunt) secesserat, Romam ueniens, Constantinum erga Christianos bene animatum, promptiorem ad optime de ecclesia dei promerendum reddidit. Nam & pontificibus diadema aureum distinctum gemmis concedebat: quod quidem Syluester aspernatus tanquam religioso capiti minime conueniens, phrygia mitra & candida tantummodo contentus fuit. Per motus autem Constantinus sanctitate Syluestri, ecclesiam in urbe Roma condidit in hortis Equitum non longe a thermis domitianis, quae titulum Equitum usque ad tempora Damasi praese ferebat. Cui quidem ecclesiam imperator munificus haec etiam dona praestitit, patenam argenteam librarum uiginti, scyphos duos uinginti librarum, calicem aureum duarum librarum, & alia uasa tum argentea tum aurea, quae enume rare longum esset, Fundum quoque ualerianum dono dedit in agro sabino positum, unde quotannis solidos octoginta capiebat. Hortum intra urbem ad regionem uentorum adamantum, unde solidi quindecim capiebantur. Domum in regione Orphea intra urbem, unde solidi octo & quinquaginta proueniebant. Verum dum haec Romae agerent, apud Alexandriam presbyter quidam Arrius nomine, uir specie & forma magis quam uirtute insignis, & laudis ac gloriae potius quam ueritatis cupidus, serere discordiam in fide Christi cepit. Sepa-

rare enim filium ab aeterna & ineffabili dei patris substantia conabatur his uerbis, Erat autem quando quando non erat, non intelligens filium patri coaeternum esse, & eandem in trinitate substantiam, cum dictum sit, ego & pater unum sumus. Cum autem Alexander Alexandrinae urbis episcopus frustra reuocare Arrium ab errore tentasset, Constantini mandatum dato, adhibita etiam impensa munifice quidem apud Niceam urbem Bithyniae concilium generale indicitur: cui trecenti & octodecim episcopi interfuerunt. Disputatum est eo in loco aliquodiu, & quidem acriter. Nam uiri aliquot in quaestibus callidi, Arrio tum quidem saebant, simplicitati fidei nostrae aduersantes, licet ex his quidam doctissimus philosopho diuino spiritu motus, uno momento fidem nostram quam antea impugnabat, ut sanctam & integram statim amplexus sit. Tandem uero re ipsa in concilio diligenter discussa, concluditur *δυσωστόν* scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiam filium confiteri. Qui uero cum Arrio sentirent, fuere ad decem & septem, affirmantes extrinsecus creatum esse dei filium, & non ex ipsa patris diuinitate progenitum. Cognita autem tantae controuersiae ueritate, Constantinus decretum concilij affirmat, proposito contradicentibus exilio, unde sex tantum cum Arrio exulauerunt: reliqui enim in sententiam bene iudicanti uenerunt. In eodem concilio damnatos ferunt, & photinianos, a Phorino episcopo Gallograeciae nomen ducentes, qui Ebionitarum haereticis imitati, affirmabant Christum a Maria pio coitu fuisse conceptum. Damnati et Sabelliani, qui unam tantum personam patri filio & spiritui sancto ascribunt. In eodem uero concilio uerimoniarum libellos (ut fit) episcopi ipsi Constantino dabant seiuicem accusantes, expetentesque a principe iudicium, quibus ita imperator optimus respondet, combultis eorum libellis, eos dei tantummodo & non hominum iudicium expectare debere. Praeterea autem in eodem concilio decretum est, ne qui se impatientia libidinis castrarent, in clerum amplius reciperentur: ne ue neophytus ante quam cautius examinaret clericus fieret: & ne in militia dei ascitus cum extra neis mulieribus haberet, cum matre uero, sorore, amita id tantummodo licere, ne episcopus in ordine ascisceretur, nisi ab omnibus uel saltem a tribus prouinciis episcopis: & ne quem alius episcopus expulerit, uel clericum uel laicum alius suscipiat. Decernitur etiam ac quidem sancte, ne cuiquam fieret iniuria, ut singulis annis concilium in prouincia habeatur. Quare hoc sanctum institutum aboleuerint nostrae aetatis pontifices non uideo, nisi censuras bene uiuentium ac sententiarum reformidabant. Constitutum quoque est, ut qui absque tormentis in persecutionibus lapsi fuerint, annos quinque inter catechumenos uita ducant. Postremo uero decernitur, ne quis de minore ecclesia ad maiorem transeat ambitionis & auaritia causa, quod certe non obseruatur, cum sicis faucibus, tanquam lupi famelicis precibus, pollicitationibus, muneribus, largitione huberiores episcopatus omittis primis, omnes quaerant & efflagitent. Syluestri autem constitutiones haec sunt habitae, ut christiama ab episcopo tantum consecraretur, ut episcopi baptizatum signarent propter haereticam suauitatem, ut baptizatum christiama linat presbyter, occasione mortis. Addit praeterea, laicus clericum in iudicio ne uocet. Diaconus in ecclesia celebrandi causa dalmatica induat, & palla linostima laeua eius tegatur. Clericus causas in curia ne agat, nec ante iudicem seculari causam dicat, Presbyter celebraturus neque serico, neque panno tincto utatur, sed lineo, et quidem albo. Sic in albis celebrandum esse dicebat, quemadmodum in linea fundone & alba Christi corpus sepultum fuit. Gradus quoque in ordinibus ecclesiasticis constituit, ut unusquisque uno tantum ordine contentus sit, & unius solum uxoris uir, Constantinus autem augenda Christianae religionis cupidus, basilicam constantinianam (quam lateranensem uocant) adificauit, donisque plurimis eandem exornauit. Nam & fastigium argenteum templo obtulit, habens in fronte saluatore sedentem in sella quinque pedum, centum & triginta librarum, & XII. apostolos in quinque pedibus librarum nonaginta cum coronis argenti purissimi. Saluatore quoque addidit respicientem in apside, sedentem in throno, V. pedum, cuius pondus centumquadragesima librarum erat, Angelos quatuor ex argento ponderis centum & quinque librarum, coronas quatuor ex auro purissimo cum delphinis uiginti librarum, altaria septem ex auro purissimo ducentarum librarum, In usum uero

Concilium Ni
cenum.

luminum massæ gargilianæ prouentum ex agro Suesano constituit solidos. CCCC. Addit & massa urbana, quæ in agro Antiati est. Sacrumq; præterea fontē instituit apud eandem basilicam ex lapide porphyretico, cuius tota pars illa quæ aquam cōtinet ex argento erat. In medio autem fontis columna porphyretica posita erat, in qua aurea phiala. L. librarū balsama plena, in celebritate paschæ usum nocturni luminis p̄stabat. In labro fontis stabat agnus auri purissimi, unde aqua fundebatur. Nō lōge ab agno erat saluatoris statua argenti purissimi centum & .LXX. librarum. Ad alteram partem stabat Iohannis baptistæ statua argentea centum librarum, hunc titulum præ se ferens, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Septem uero cerui aquam fundebant; quorū singuli octoginta librarum erant. Prouentus autem sacri fontis ex massa statiliana in agro corano, ex fundo Bassi, ex domibus & hortis aliquot in urbe positus, ex quibusdam fundis in Africâ, Numidiâ, Græciâ sitis. Idem etiam Cōstantinus rogatu beati Syluestri Petro apostolorum principii basilicam in Vaticano ædificat, non longe à templo Apollinis, quo in loco eiusdem apostoli corpus splendide ac mirifice collocauit; ex ære em̄ & cupro undiq; clausum erat. Supra beatissimi apostoli sepulchrū crux centū & quinquaginta librarum extabat ex auro purissimo. Aderant circumquaq; candelabra, IIII. argenteo conclusa, cum sigillis argenteis, unde apostolorum adus cernebantur. His addidit calices aureos tres librarum duodecim, calices argenteos. XX. quorū singuli, X. librarum erant. Metretas argenteas. IIII. CC. librarum. Patenam auream cum thure & colūba ornatam gemmis hiacynthinis & margaritis. XXX. librarum. Ipsum autē altare erat clausum argento & auro, distinctumq; pluribus gemmis. Hos uero prouentus huic basilicæ addidit, in Antiochia domum Datiani, solidos centum & .L. præstatem. Cellam in Aphrodisia solidos. D. XV. præbentē. Hortū Maronis, thermas cōplures, popinas, pistrina cōdonauit, unde multum colligebatur ad usum sacerdotum. Idem quoq; Constantinus instatē Syluestro basilicæ Pauli uia Hostiensi extruxit; corpus uero Apostoli ita cōdidit, ut de Petro diximus. Vasa etiam aurea, argentea, ænea totidem donauit, quot diuino Petro, maxime autem crucem auream centum & quinquaginta librarum supra loculū beati Pauli collocauit. Venere prouentus ad eandem basilicā ex Tarso Ciliciæ; ex possessione Tyri uenit oleum, uenere aromata & cassia; uenit balsamū ex locis hæc eadem ferentibus; uenit crocum, sal, piper, cinnama. Aedificat etiam imperatoris iussu basilica in atrio Sessoriano sub titulo sanctæ crucis in Hierusalem, ubi sanctæ crucis partem aliquam reposuit, inuentam ab Helena matre, foemina incomparabilis fidei & religionis. Hæc em̄ magnitudine animi mota & uis nocturnis Hierosolymam petiit, ut lignum crucis perquireret. Difficile id quidem erat, quia ab antiquis persecutoribus eo loci simulacrum ueneris collocatum fuerat, ut Christiani uenerem saluatoris loco adorarent. At mulier religione percita, ubi locum ipsum ruderibus purgasset, tres cōfuso ordine cruces reperit. In una inscriptio illa legebatur tribus linguis, I. N. rex Iudæorum. Astabat autem Macharius illius urbis tum episcopus, qui unam ex his manibus cum religione retinens ueram esse dicebat; At tertia mulieri mortuæ admota eidem uitam restituit. Hanc ob rem Constantinus motus edicto uetuit, ne quispiam deinceps eo supplicio uteretur. Helena uero ædificato eo in loco templo ubi crucem repperat, abiens clauos quibus Christi corpus cruci affixum fuerat, secum ad filium portat. Horum ille unum in frenos equi transtulit, quibus in prælio uteretur, alio pro cono galeæ utebatur, tertium in mare Adriaticum (ut ait Ambrosius) ad cōpescendas sauiantis maris procellas deiecit. Illa autem crucis pars, quam eadem mulier secum in thecis argenteis detulerat, gemmis & auro distincta in basilica Sessoriana collocatur. Huic hæc munera adduntur, argentea candelabra quatuor, argentei scyphi quatuor, calices aurei decem, patena argentea auro clusa librarum. L. altare argenteum. CC. L. librarum, agros quoq; circa palatium positos ecclesiæ dono dedit. Ex Faliscis autē & nepesino agro fundos quosdam donauit. Sunt q; scribat & basilicam sanctæ Hagnæ Cōstantini iussu ædificatam esse, rogatu Cōstantiæ eius filiæ, & baptisterium ecclesiæ additum; ubi & filia & soror Constantini eiusdē

Basilica Pauli ædificatur.

Helena.

nomini baptizata sunt. Huius basilicæ hæc fuere munera, patena aurea librarū uiginti, calix aureus librarum decem, calices argentei quinq; fundus ex agro Fidenatiū, fundus ex uico Pisonis. Idē quoq; imperator basilicæ sancti Laurentij extra muros ædificat in agro ueranio super arenariū cryptæ, gradusq; extruxit; quibus ascensus ac descensus his daret, qui ad uisendū beati Laurentij corpus accederēt. Templi ornamentū erat, apud argento & porphyreticis lapidibus ornata, in aditu cryptæ, lucerna erat ex auro purissimo librarū uiginti. Ante corpus martyris erant lucernæ. X. argenteæ librarū. XV. Fundus autē Cyriacæ foemina, quæ fisco persecutionū tempore occupauerat. Huic basilicæ assignat fundus item Veranius, unde solidi. LX. ueniebant. Via etiā laicana idem imperator inter duas lauros basilicam beatis martyribus, Marcellino presbytero & Petro exorcista ædificat. Non lōge uero mausoleū erexit in honorē matris, quæ sepulchro porphyretico inclusit. Huic templo martyri & matris gratia hæc dona data sunt, patena ex auro purissimo librarum quinq; & triginta, candelabra argentea. IIII. auro clusa in pedibus. XII. calices aurei; tres cū gemis prasinis & hyacinthinis; amas aureas duæ, ara ex argento purissimo librarū. CC. scyphus ex auro purissimo librarū uiginti; fundus Laurentinus cum balneo iuxta formā prodeuntis aquæ posito, fundus Augustæ Helenæ, unde solidos trecentos & uiginti, sacerdotes quorannis habebant. Sunt qui scribāt (sine autore tamē) Sardinia cum fundis suis & Mesanam & Matiniā cum monte argentario, ac fundis omnibus huic ecclesiæ dono datam. Ad has basilicas in urbe Roma ædificatas, alias quoq; foris extruit. Nā et Hostiæ non longe à portu eius mādato templū ædificat in honorē beatorū apostolorū Petri & Pauli ac Iohannis baptistæ, quibus etiam hæc dona eius munificentia oblata sunt, patena argentea librarū. XXX. calices argentei. X. patena argentea chrisimalis librarū. X. peluis ex argento ad usum beatissimi librarū. XX. His muneribus additi & Græchorū fundi ardeatini agri, fundus quirini in agro hostiensi; In albano quoq; Iohani baptistæ templū ædificat, cui hæc dona obtulit, patenā argenteā librarum triginta, scyphum argenteum deauratum librarum duodecim, amas argenteas librarū uiginti, fundum Laurentinum cum adiacentibus prædijs, fundum cum lacu albano, fundum Tiberijs cælaris. Capuæ etiam basilicā apostolorū condidit, quæ ciues constantinianā appellarunt. Cui & hæc dona oblata, patenæ argenteæ. XL. librarū, candelabra argentea. IIII. cū pedibus. X. His addidit fundus ex agro caietano, & fundus paternus ex agro Suesano. Aliā postremo basilicā Neapoli ædificauit (ut ait Damasus) in cuius honorē eā erexit nō satis cōstat. Proinde reticere donaria tēplo dedicata institui, ne uidear cū alijs errare. Sūt etiam qui scribat Syluestrum titulum suum in tertia regione urbis apud thermas Domitianas instituisse, Equitium quidā uocant. Huic titulo multa dona Constantinus obtulit, ut patenā argenteā librarum. XX. cerostata ænea. XVI. fundum barbatianū ex agro ferentinati, fundum sulphitanū ex agro corano. Ne autem nouæ Romæ sacerdotes imperatorie munificentie expertes essent, duas item basilicas Constantinopoli ædificat, quarum altera Irene, altera apostolorum uocatur, euerfis prius paganorum templis; aut in usum Christianorū translatis, sublati; & medio tripodibus delphicis, unde infinita mala oriebantur. Hæc sunt Constantini dona, quæ antea narrauimus, quibus hoc etiā addidit. (Certū em̄ uectigal à ciuitatibus pendi solitum ecclesijs provincialibus, clerico; distribuit. Dationem uero ipsam decreti sui autoritate ualidam in perpetuum esse uoluit. Vt autē uirginibus & qui in cœlibatu uiuerent, testari liceret, aliquidq; sacerdotibus ex testamento relinquere, qua ex re (ego arbitror) ecclesiæ patrimonium auctū esse, legem sustulit antea latam ad propagandā sobolem, qua illi utebantur hereditatem adire, qui uigesimo quinto ætatis anno uxorem non duxissent. Hinc ius illud trium liberorū inuentū à principib; est, quo in amicos prole carētes pleriq; utebant. Hæc Socrates & Sozomenes in tripartita sua accurate scribūt.) Fuere autē & Syluestri tēporib; muli præclari uiri, quorū opera & labore gentes & nationes pleræq; ad fidē nrām uenere, maxime uero Iuliani, Frumentij & Edisij prædicationibus; quos philosophi quidam Alexandrini eod perduxerant, Iberorum quoque gens, quæ sub axe pontico iacet, sic

Hæc parenthe sis in plerisq; desideratur.

dem Christi intelligit à captiua mullere, & credunt Baccurio, rege omnes ad id cohortante. Valuit etiam multum illis temporibus ad monendos homines Antonij eremitæ sanctissimi auctoritas, cui literis & nuncijs Helena ad æfilius sæpius commendauit: eius cibis sol^o panis erat, aqua potus: nec unquam, nisi in occafu folis comedebat: homo ægyprius omnino contemplationi deditus. Huius quidem uitam Athanasius Alexandrinæ urbis episcopus insigni uolumine perſcripfit. Sylueſter autē ubi ex factis ordinibus septies menſe decembri habitis, presbyteros duos & quadraginta, diaconos ſex & triginta, episcopos quinq; & ſexaginta creaffet, moriſ, ac ſepelitur in cœmeterio Priscilla: uia Salaria tertio ab urbe miliario, pridie calendæ Ianuarij. Sedit autem annos tres & uiginti, menſes decem, dies undecim. Vacat tum ſedes dies quindecim.

MARCVS .I.

Marcus natione Romanus, patre Priſco, Magni Conſtãtini temporibus fuit, de quo uaria ſcribunt hiſtorici. Sunt enim qui affirmant Conſtantinum ultimis imperij ſui annis inſtigante ſore Arrium ab exilio reuocaffe, quod inuidia damnatum hominē mulier diceret, in eiusq; dogma declinaſſe. Hos ego deceptos ſi militudine nominis puto, & patri illud aſcribere, quod filij ſcelere factum eſt. Neq; em ſimile ueri eſt, principem illum ſapientiffimum, quod ſemper improbauerit, ea potiffimum ætate qua ſapere datur, illud idem collaudaſſe. Scribunt præterea Conſtantinum ab Eufebio Nicomediæ episcopo Arriani dogmatis imitatore baptizatum eſſe. Quod quidem falſum eſſe, & religio principis oſtendit, & baptiſterium huius rei cauſa Romæ ab eo magnificentiffimis operis ædificatum. A Sylueſtro enim uia cum Criſpo filio baptizaf, pulſis ab urbe tyrannis, fidēq; edocetur. Aiūt qui aliter dictum ſentiunt, Conſtantinum tantam rem diſtuliffe quoad ei ad Iordanē peruenire contingeret, in quo ad imitationem ſaluatoris baptizari cupiebat. Verum dum in Parthos proficiſcitur Meſopotamiã incurſionib; ualantes uno & trigefimo imperij ſui anno, ætatis uero ſexto & LX. apud Nicomediã uilla publica diē extremū obijſſe: nec ad Iordanē baptiſmi cauſa puenire potuiſſe: atq; illicitū demū extremo uitæ tpe baptizatū fuiſſe. Miſceat iſti, ut uolūt rē hęc, & nos quod omnes ferme ſentiūt, credamus, Conſtantini qui in ſigno crucis toties hoſtes uicerat, qui tot tēpla in honorē dei ædificauerat, qui ſacris concilijs inter fuerat, q; totiens cū ſanctis patribus in myſterijs orauerat baptiſmatis caractere, ubi ſapere cœpit muniri etiã contra hoſtē humani generis uoluiſſe. Non latet me certe quid Socrates & Sozomenes in tripartita ſua uelint, quidq; alij pleriq; ueritatē ſequor, optiamini principis religioni & pietati conuenientem. Quod uero in lepram inciderit (ut uulgo dicitur) baptiſmoq; mundatus ſit, conſicta prius de ſanguine infantū nescio qua fabula, nullo modo credo, Socratem hac in re ſecutus, qui affirmat Conſtantinum ipſum ubi ſexageſimum quintum ætatis annum attingiſſet, ægritudine captum ex urbe Conſtãtinopoli ad aquas calidas egreſſum ualetudinis cauſa, nulla de lepra mentione habita. Præterea uero hac de re à nullo ſcriptorum ſit mentio, non dico ab his, qui ethnici ſunt habitū, ſed ne à noſtris quidem. Nō reticuiſſet hoc Oroſius, non Eutropius, non illi qui Conſtantini res geſtas quãdiligentiſſime ſcripſere. Ante uero tanti principis mortē ſtel lam crinitam inuitatæ magnitudinis (quam græci cometem appellant) fuiſſe aliquãdiu conſtat. Marcus autem Romanus pontifex ad curam Chriſtianæ religionis conuerſus, inſtituit ut episcopus hoſtienſis à quo romanus conſecratur pallio uteretur. Voluit præterea diebus ſolēnibus ſtatim poſt euangelium ſymbolū à clero & populo magna uoce decantari: & eo modo quo fuerat in Niceno concilio declaratū. Duas item eccleſi as Romæ condidit, unam uia ardeatina, in qua ſepultus eſt; alteram in urbe Roma ad palatinas, quas quidem Conſtantinus his muneribus exornauit et auxit: Fundo roſarū cum omni agro cæpeltri, patena argētea librarū, XX. ſcypho argēteo, X. libraꝝ, corona argētea morco uia ardeatina. Huius autē & Conſtantini tpiſbus fuit Iuuenius Hiſpanus presbyter genere nobilis, qui tetrauangelia hexametris uerſib; fere ad uerbuſ transferens, quatuor

Iuuenius Hiſpanus presbyter.

or libris compoſuit. Scripſit & quædam eo genere metri ad ſacramentorum ordinē pertinencia. Marcus autem poſteaquam ex ſacris ordinibus bis menſe decembri habitis, presbyteros quinq; et uiginti, diaconos ſex, episcopos octo & uiginti creaffet, moriſ, ac ſepelitur in cœmeterio Balbinæ uia ardeatina tertio nonas octobris. Sedit autem annis duobus, menſibus octo, diebus uiginti. Vacat tum ſedes dies uiginti.

IULIUS .I.

Iulius natione Romanus, patre ruſtico, temporibus Conſtantij fuit: qui cum Conſtãtino & Conſtante fratribus imperium adeptus, annis quatuor & uiginti imperauit. Habitū eſt etiam inter ſucceſſores magni Conſtantini Dalmatius cæſar fratris filij, adoleſcēs ſanē præclaræ indolis, qui haud ita multo poſt tumultu militari opprimitur, ſinente potius Conſtante quàm iubente. Interea uero Arriana hæreſis inualuit fauente Conſtãtino, qui noſtros cogebat Arrium recipere. Secundo itaq; Conſtantij anno apud Laodicæam urbem Syriæ, uel ut alij uolunt, apud Tyrum concilium indicitur. Eo cōuenere catholici & Arriani: diſputatur quotidie homiſion ne, an ſecus Chriſtum cum patre uocarent. Inſtat Athanaſius Alexandrinus episcopus rationibus & argumentis, aſſertans filium patri homiſion eſſe. Id cum reſellere Arrius non poſſet, ad conuitia uerſus, magicas artes Athanaſio uiro ſanctiſſimo obijcit, plato in loculis Arſenij brachio. Damnatur itaq; uiolenter iubente Conſtãtino Athanaſius: qui quidem fugiens, ſex continuis annis in lacu cisternæ carentis aqua ita deliuit, ut ſolē nunquam uiderit. Indicente deinde ancilla quadam, cum in eo eſſet ut caperetur, dei monitu ad Conſtantis partes cōfugit, qui fratrem Conſtantium minis certe coegit Athanaſium recipere. Arrius interim episcoporum & populi frequentia ſtipatus, dum leuandū uerſis cauſa ad publicum locū declinat, egerere conatus inſtina omnia in cuniculum latrinæ demifit, mortē certe paſſus uita turpiſſima condignam. Iulius autem pōtifex multis incommodis uexatus in tanta rerum perturbatione, tandem poſt mēſes decem Romam ab exilio redijt, audita præſertim Conſtantini morte: qui bellum fratri Conſtãtino inferens, dum apud Aquileiam inconſulte dimicant, occiditur, non deſtitit tamen Iulius orientales episcopos reprehendere, maxime uero Arrianos, qui iniuſſu Romani pontificis Antiochiæ concilium indixerant, cum id ſine eius autoritate fieri non poſſet, quod Romana eccleſia cæteris præ eſſet. Conſutabant id orientales, non ſine ironia, quod dicerent à ſe ad occidentem Chriſtianæ religionis principes commiſſe, hanc ob rem ſuam eccleſiam tanquam perennem fontem, unde tanta gratia manauerat cæteris præferendam, Conſtãtium autem Iulium ipſum omiſſis his contentionibus duas ædificaffe baſilicas: unã iuxta forꝝ Romanū; aliã in traſtiberina regione. Tria item cœmeteria extruxit, unum uia ſtamminea, aliud uia aurelia, tertium uia portuenſi. Conſtituit præterea ne ſacerdos alibi, quàm apud iudicē eccleſiaſticum cauſam diceret. Voluit item ut omnia ad eccleſiã pertinentia per notarios, aut per primicerium notariorum conſcriberentur; hos hodie (ut arbitror) protonotarios uocamus, quorum officium eſt res geſtas præcipue conſcribere. Verū noſtra ætate ad conſcribendū (nolo dicere omnes) literarum ignari ſunt, ut uix ſciant nomē ſuum latine exprimere, nedum aliorum res geſtas perſcribere. De moribus nolo dicere, cum è lenonū numero, & paraſitorū quidam in hunc ordinem relati ſint. Conſtantini autem & Conſtãtini tēpore in pretio fuit Marcellus Ancyranus episcopus, qui multa ſcripſit, maxime uero contra Arrianos. Feruntur tamen contra hunc Aſterij & Apollinarij libri, eū Sabelianæ hæreſis arguentes, eiufdem quoq; erroris eum Hilarius arguere conatur: quē certe Marcellus reſellens, ſe tamen nequaquam cum Iulio & Athanaſio ſentire oſtēdit. Contra hunc præterea ſcripſit et Baſilius Anquiranus episcopus librum ſentire de uirginitate. Nam Baſilius Macedoniæ partis unã cū Eufathio Sebaſtino princeps fuit. Theodoros quoq; Heracleæ Thraciarum episcopus elegantis copioſæq; elocutionis uir multa tum ſcripſit, maxime uero commentarios in Marthæum, in Iohannem, in pſalterium, in Apoſtolum. Iulius uero cum ex ſacris ordinibus ter mēſe decēbri in urbe habitis, presbyteros octodecim, diaconos tres, episcopos nouem creaffet, moriſ, ac ſepelitur uia aure

XXXVI. pō. Athanaſius imperator.

Arriana hæreſis inualuit.

Athanaſius Alexandrinus.

lia in cœmeterio Calopodij, ab urbe Roma miliario tertio, pridie idus Augusti, Sedit annos quindecim, menses duos, dies sex. Vacat tum sedes dies quinq; & uiginti.

LIBERIVS .I.

Liberius natione Romanus, patre Augusto, Constantij & Constantis tēporibus fuit. Constantinus enim (ut antè dixi) dum Constantem fratrem bello incauti^o persequitur, ab eius militibus opprimitur. Constantis autem uaria fortuna cōtra Persas usus, cum nocte intempesta seditione militum suscipere prælum cogere, tandem uincitur. Verum postea cum de seditionis militibus suscipere poenas instituisset, Magnētij dolo ac fraude in oppido Helena interficitur anno imperij sui, XVII. ætatis uero XXX. Mortuo autem Constante rursus in Athanasium consurgunt ueteres illi Arrianæ hæresis suscitatores. Nam concilio apud Mediolanum habito, omnes qui Athanasio fauebant in exilium pelluntur. Præterea uero cum in synodo Ariminensi orientales sacerdotes callidi homines & acuti, occidentales simplices & imperitos argumentis ac fallacijs conuincerent, prætermittere eam disputationem pro tempore satius uisum est. Christum enim cum patre homision esse negabant. Hoc autem, quia primum Liberius pontifex aperte impugnabat, quodq; etiam damnare Athanasium iubete imperatore nolebat, in exilium ab Arrianis pellitur, atq; ita triennio ab urbe absuit. At uero sacerdotes congregata synodo in Liberij locum Felicem presbyterum, uirum optimi pontificem creauerunt, qui statim octo & XL. episcoporum conuentu duos presbyteros, Vrsatium et Valentem ab ecclesia separauit, quod cum Constantio Augusto in fide sentirent. Hanc ob rem rogatu & precibus eorundem Constantius Liberium ab exilio reuocat, qui imperatoris beneficiis mortus, cum hæreticis in rebus omnibus (ut quidam uolunt) sentiens, illud tamen cum catholicis tenebat, hæreticos ad fidem redeuntibus non esse rebaptizandos. Ferunt Liberium apud cœmeterium sanctæ Hagnētis aliquandiu habitasse cū Constantia Constantij sorore, quo eius rogatu & auxilio urbem tutius ingrederetur: sed mulier catholica dolum inesse sentiens, id se facturam omnino recusauit. Tandem uero Constantius instigantibus Vrsatio & Valente pulso Felice Liberium introduxit. Vnde persecutio ita uehemens exorta est, ut in ecclesijs ipsis presbyteri & clerici passim necarentur. Sunt tamen qui scribant mulieres Romanas in circensi spectaculo reditum Liberij ab imperatore precibus impetrasse, Pontifex autem ræcti cum Arrianis sentiebat, ecclesias dei quamdiligeret exornauit, maxime autem sepulchrum beatæ Hagnētis, et basilicam quam de nomine suo fecit apud macellum Lydiæ. Fuit autem hac misera tempestate Eusebius Emesenus episcopus: qui multa contra Iudæos, gentes & Nouatianos docte admodum & eleganter scripsit, Triphylus quoq; Cypri Ledrensis, siue *νευτερόνοος* episcopus, in cantica canticorum copiose & accurate commētarios cōposuit. Præterea uero Donatus Apher (à quo Donatiani nomen sumpserunt) multa in catholicos scribens, totam pene Aphricam & Iudæam sua persuasione decepit. Affirmabat enim patre minorem esse filium, & spiritum sanctum minorem filio, catholicosq; rebaptizandos esse. Extabant autem Hieronymi tempore eius multa scripta ad hæresim pertinentia, & de spiritu sancto liber Arrianæ doctrinæ conueniens. Et ne quicquam Arrianæ pfidia tum deesset, Asterius eius factionis philosophus, imperante Constantio multa scripsit in epistolam ad Romanos, in euangelia, in psalmos, quæ ab hominibus suæ hæresis studiosissimè leguntur. Lucifer præterea Caracalitanus episcopus cū Pancratio & Hilario Romanis clericis ad Constantiū à Liberio missus, cū nollet sub nomine Athanasij Nicenā dānam fidem relegatus, contra Constantiū imperatorē scripsit, librumq; ei legendū misit: moritur tñ sub Valentiniano principe. Ferunt autē Fortunatianū Aquileiensem episcopum Liberium fidei causa in exilium pergentem, ut in hæresim & discordiam laberetur sollicitasse. Serapion quoq; qui ob elegantia ingenij scholastici cognomen meruit, edidit tñ aduersum Manichæum librū egregiū, nec unquā Constantij minis à confessione ueritatis desistit: ad hominē em̄ profectus quo eum pacatiorem magno Athanasio redderet, minis tanti principis è gradu constantiæ nunq̄ decidit. Ideo autē Athanasius magnus est

XXXVII. p̄
tisex.

Liberius cum
hæreticis sen-
tiens.

Asterius Arri-
ane factionis
philosophus.
Lucifer Cara-
calitanus epi-
scopus.

habitus, quod paganis & hæreticis cōstanti animo semper resistit. Liberius uero ubi ex sacris ordinib; bis in urbe Roma habitis, presbyteros XVIII. diaconos quinq; episcopos XIX. creasset, moritur: ac sepelitur uia Salaria in cœmeterio Priscillæ, IX. calēdas maij. Sedit autem annos sex, menses tres, dies quatuor. Vacat sedes dies sex.

FELIX .II.

Felix secundus, natione Romanus, patre Anastasio, Constantij tēporibus fuit. Qui solus post interfectum à Magnentio Constantem, imperio potius est. Mox Iulianum patruelem suum, quippe qui ex Constantio patris Constantini fratre natus erat, cæsarem creatum in Gallias seditione quorūdam tyrannorum tumultuantes misit, qui breui & Gallorum & Germanorum motus uirtute sua compefcuit; unde militū omnium consensu Augustus appellatur. Quo audito Constantius rebus parthiis occupatus ad bellum ciuile conuersus, apoplexia in itinere obiit inter Ciliciā Cappadociāq; in Mopsorene oppido, anno imperij quarto & uigesimo, ætatis quinto & quadagesimo. Hoc autem morbo dixere medici hominem interijisse ob dolorem animi & grauē cogitationem, in quam rebellante Iuliano inciderat. Ob eius autē moderationē (Christianorum causam semper excipio, in qua unice impius fuit) & comitatem, inter diuos more ueterum referri meruit. Nam post susceptum imperium, Romam cū triumpho uia flamminea ingressus, aureo carpento ciues obuiam factos, mira benignitate inspexit & ueneratus est, dicēti illud Cyneæ Pyrrhi legati uerū esse, tot se uidere reges in urbe Roma quot ciues. In una tamen re populum Romanum ad risum potius quā ad indignationem concitauit, quod portas urbis ingrediēs, celsas & fastigiatas, arcusq; triumphales præaltos & latos, homo paruæ stature caput incuruaret, more anserum læsionē ueritus. Is præterea campum martium cum admiratione inspiciens, sepulchrum Augusti cæsaris tot simulacris marmoreis & aeneis ornatum, forum Romanum, Iouis tarpeij delubra, thermas, porticū in prouinciæ modum auctas; amphitheatrum Tiburtino lapide extructū tantæ altitudinis, ut eo uix inspicere humanus oculus posset, pantheon mira altitudine spaciosis molibus fornicatum, templum pacis, Pompeij theatrū, circum maximum septisolum, tot arcus triumphales, tot aqueductus, tot statuas per urbem ad ornatum postas, obstupuit: ac tandem dixit, naturam uires omnes in unam urbem effudisse. Stabat Traiani equus aeneus in atrio, cuius instar alterum sibi fieri Constantiopolis Constantius petebat ab Hormisda architecto, quem secum duxerat. Cui Hormisda, stabulum quoq; tale condas oportet, si uoles equum late succedere. Idem quoque Hormisda à Constantio interrogatus quid de urbe Roma sentiret, id tantum sibi placere respondit, quod didicisset ibi quoq; homines mori (ut philosophum decebat) locutū. Felix autem (quem diximus) in Liberij locum à catholicis subrogatum esse, licet id factum ab hæreticis Eusebius & Hieronymus affirmant, quod certe miror, statim ubi pontificatum inijt, Constantinum Magni Constantini filium hæreticum, & secundo rebaptizatum promulgat ab Eusebio Nicomediensi episcopo in Aquilone uilla nō longe à Ni comedia. Hinc autem deprehendi error potest, quo ducuntur nōnulli, qui hanc hæresim Magno Constantino ascribunt. Quod profecto (ut ex historia uides) in tātum principem tan̄que religionis Christianæ amantissimum, nec debuit cadere, nec potuit. Dum autem altercatio esset, & quidem magna (ut diximus) inter Liberium & Felicē, Arriana hæresis bifariam diuiditur. Nam Eunomius (unde Eunomiani) uir corpore et animo leprosus, nec secus interius quā exterius morbo regio correptus, affirmabat in rebus omnibus & filium dissimilem patri, & sanctum spiritum cum patre & filio nil habere commune. Macedonius autem quem nostri ante errorem Constantinopolitanum episcopum fecerant, ac Arrianis expellitur, quia filium patri similem fatebatur, licet spiritum sanctum non secus atq; illi blasphemaret. Aiunt quidam Felicem concilium octo & quadraginta episcoporum habuisse, in quo decernitur, ut episcopi omnes aut ad concilium generale ueniant, aut literis rationem reddant quare illi facere nequeant: quod quidem institutum carthagenensī concilio postea renouatum est. Huius autem

XXXVIII.
pontifex.

Constantius im-
perator.

temporibus fuit Acacius, quem quia luscus erat, *μολόφραλιος* uocauerunt. Hic uero cæsariensis ecclesiæ in Palæstina episcopus, multa in ecclesiasten conscripsit: tantæq; autoritatis ob eloquentiam & uersutiam apud Constantinum fuit (quemadmodum Hieronymus ait) (quod ego certe miror) ut Romæ in Liberij locum Felicem arrianum episcopum constitueret quem profecto catholicum fuisse constat (ut scripsimus) & arrianos semper damnasse. Felix autem postremo cum nulla in re orthodoxæ fidei deesset, ab aduersarijs captus, unâ cum multis secum bene sentientibus interficatur, sepeliturq; in basilica quam ipse ædificauit uia Aurelia, secundo ab urbe Roma miliario, duodecimo calê das decembris. Sedit autem tantummodo annum unum, menses quatuor, dies duos propter seditionem à Liberio motam, quæ, Damasum secutus, licet immerito inter pontifices numerauit.

D A M A S V S . I .

Damasus natione Hispanus, patre Antonio, Iuliani temporibus fuit, uiri certe egregij, si domi, si foris eius ingenium respicias. Nam & Eubolo sophista & Libanio philosopho præceptoribus usus, liberalibus disciplinis ita erat imbutus, tum græce tum latine, ut cuius optimo principi comparari posset. Multa erat memoria, ingentis facundia, in amicis liberalis, provincialibus iustissimus, gloriæ cupidus. Verum hæc omnia ad extremum euerit, dum Christianos persequitur. Callidior tamē ceteris persecutor, non ui neq; tormentis primo, sed præmijs, honoribus, blanditijs, persuasionebus maiorē fere populi partē, q̄ si atrocior fuisset elicit. Veruit autem ne Christiani autō gentiliū studia adirent, neue scholæ nisi his qui deos deasq; uenerarent, paterent. Vni tamē phæresio uiro doctissimo cōcessum est, ut Christianos publice doceret, quā gratiā ipse indignatus contempsit. Militare singulū dari nisi gētibus uetuit. Statuit præterea procuraciones provinciarū iurisq; dictionē Christianis nō debere permitti, quippe quibus lex ipsa christiana proprio uti gladio uetat. Athanasium tamē aperte oppugnat atq; in exiliū mittit, à magis, ab auguribus instigatus, quosq; artibus maxime delectabat, quod dicerent Athanasium obstare quo minus eorū artes in pretio essent. Cū Daphnius quoq; in suburbano Antiochiæ iuxta fontē Castaliū litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebant respōsa susciperet, causasq; silētij percontaret à sacerdotibus, dæmones autem sepulchrū Babylæ martyris ppeastare, et ideo respōsa nō reddi. Tum Iulian⁹ Galilæis imperat, hoc em̄ noīe Christianos appellabat, ut sepulchrū martyris inde auferant. Qui dum sepulchrū mira exultatiōe traheret, dicētes, Confundant omēs q̄ adorant sculptilia, & q̄ gloriant̄ in simulacris suis, ita iram Iuliani principis cōcitarūt, ut multos præter institutū suum interficere iusserit. Miror ego id à Iuliano factū, cum diaboli artes iā uanas esse cognosceret. Semel em̄ magū quendā in speluncā secutus, cū uoces dæmonū phoresceret signo crucis usus est, quo fugati sunt dæmones. Cū uero Iulianus diceret, signo crucis aliquid mirū inesse, respondit magus, dæmones etiā genus illud supplicij formidare. Hanc ob rem Iulianus p̄tinacior q̄ antea factus est, adeo uanitati magicæ deditus erat, licet prius christianā religionē simulato animo amplexus fuisset, ut Constantij odiū uitaret, legissetq; publice diuinos codices, ac basilicā noīe martyris ædificasset. Præterea uero idē imperator quo nostris stomachū faceret, Iudæis templū hierosolymitanū restituit, cū dicerent se alibi sacrificare nō posse. Qui certe tanta arrogatiā elati sunt, ut maiorē impensā q̄ antea restitueret templū conarent. Verum non ita multo post terræ motus templū corruens, & multos Iudæos simul oppressit, & illud approbatū est, lapidē supra lapidē poni nō debere. Sequenti autē die incēdio diuinitus immisso, & ferramēta ipsa consumpta sunt: & eo miraculo multi Iudæi p̄teriti ad fidē Christi uenerunt. In Persas uero proficiscēs Iulianus, quos intellexerat res nouas moliri in reditu suo, malam quidē rem Christianis minat. Cū autē superatis hostibus incomposito agmine uictor rediret, apud Ctesiphontē cōfossus perijt. A suis, an ab hostibus id factū sit, incertū est, q̄q; sunt q̄ scribant sagitta ex incerto missa transfixū fuisse, eundēq; exclamasse manu ad cælū extensā, uicisti Galilæe, uicisti; nā Christi Galilæi appellabat & fabri filiū; unde illud adolescenti

XXXIX. p̄-
tifer.
Iulianus impe-
rator.

Vicisti Galilæe
Iulianus.

is in Libanium sophistam interrogantem, quid ageret fabri filius, Iuliano, inquit, locellum componit: nam paulo post eius cadauer locello auctum est. Sunt etiam qui scribant, hunc antea clericum fuisse, ac postea à fide nostra defecisse, unde hominem apostatam uocant. Perijt autem post annum & octo imperij sui menses: anno uero ætatis secundo & trigesimo. Huic deinde succedit Iouinianus, qui ab exercitu imperator electus, non prius profiteri imperatoris nomen uoluit, quā omnes conclamarent se Christianos esse. Quibus collaudatis, & imperium suscepit, & exercitum è manibus Barbarorum liberauit, Nisibi ac magna Mesopotamiæ parte Saporī regi Persarum relicta. Hic autem octauo imperij sui mense cruditate stomachi, siue tetra odore prunarum morif. Damasus autem electus ad pontificatum obeundum, Vrsicinum diaconum competitorē rem habuit in basilica quæ Sicinini appellatur, ubi multi utriq; cecidere in ipso tempore, cum res non suffragijs tantum, sed ui & armis tractaretur. Verum nō ita multo post sacerdotum ac populi consensu Damasus episcopus confirmatur, & Vrsicinus ad Neapolitanam ecclesiam traducitur. Damasus autem adulterij accusatus publico concilio causam dixit; ubi & innocens absoluitur, & Concordius atq; Calistus diaconus falsi accusatores damnati, ac reiecti ab ecclesia sunt. Cautumq; lege est, ut deinceps pœnam talionis subeant, qui aliquem falso accusauerint. Pacata tandem ecclesia, Damasus orio literario delectatus, uitas pontificum omnium, qui ante se fuisse conscripsit, easq; ad Hieronymum misit. Non desistit tamen & templa & cultum diuinum augere. Duas enim basilicas ædificauit: unam iuxta theatrum, alteram uia ardeatina ad catechumbas. Dedicauit & platoniā, ubi corpora Petri & Pauli aliquando iacuerant. Versibus quoq; elegantibus sanctorum corpora eò loci sepulta exornauit ad memoriam posteritatis. Præterea uero basilicam quam ipse in honorem diui Laurentij non longe à theatro pompeiano condiderat, maximis muneribus ornauit, patena argentea librarum uiginti, ama argentea librarum quindecim, scypho argenteo anaglypho librarū decem, calicibus argenteis quinq;, coronis argētis. V. domos quoq; circa basilicā positas dono dedit: fundum etiā papyriā nū agrī ferentinatis: fundū antoniani, balnea nō longe à templo posita, ut psalmi quoq; alternis uicibus in ecclesia canerent, in sineq; eorū uerba hæc ponerent, Gloria patri & filio & spiritui sancto instituit. Primus etiā Hieronymi scriptis autoritatē dedit, cū prius LXX. inter pretum scripta tantūmodo in pretio essent. Nam & biblia Hieronymi legi cepta est, & psalmi eiusdem fideliter ex hebraico traducti, cū antea apud Gallos potissimū incompositē legerent. Mandauit itē ut in principio celebrationis (quā missam uocant) cōfessio diceret, ut hodie fit. Idem uero Damasus, ubi ex sacris ordinibus quinquies habitis, presbyteros unū & XXX. diaconos, XI. episcopos, II. & LX. creasset, morif, ac sepelitur uia ardeatina cū matre & sorore in basilica à se condita, tertio idus decēbris. Sedit annos. XIX. menses. III. dies. XI. Vacat tum sedes diem unum & uiginti.

S Y R I C I V S . I .

Syricius natione Romanus, patre Tiburtio, Valentinianus temporibus fuit. Qui à Iuliano multa incommoda ob fidem Christi passus, pulsusq; militia cum scutatorū princeps esset. Mortuo autē Iouiniano militū omnium consensu imperator electus, Valentem fratrem in partem imperij accipiens, eidem orientem assignat. Postea uero imperij sui anno tertio Gratianum filium, necdum bene puberem, socrus & uxoris horatu Augustum creat. Procopium quidem apud Constantinopolim res nouas molientem, cum satellitibus suis mira celeritate opprimit. Sed Valens ab Eudoxio Arriani dogmatis episcopo baptizatus in seuiſsimam hæresim declinans, nostros persequitur, & in exilium pellit, mortuo præsertim Athanasio, quo uiuente res christiana sex & quadraginta annis mirifice sustentata est. Instabat Lucius hæreticus hostilem in modum nostros persequens, neque illis quidem parcens, qui in eremo erant, eos enim immisiss militibus aut trucidabat, aut in exilium mittebat. Magnæ autoritatis tunc erant Antonij discipuli, Macharij duo in Syria, quorum alter in superiore, alter in inferiore habitabat eremo. Isidorus quoque tum in pretio erat, Panucius, Pambos, Moses, Benjamin,

d iij

Iouinianus im-
perator.

Vrsicinus.

22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

XL. pontif.

Valentinianus
imperator.

Eudoxius ar-
riani dogma-
tis episcopus.

Paulus Aphelietes, Paulus Phocensis, Ioseph qui Mons Antonij dicebatur. Hos cum exilio uexaret Lucius, mulier phanatica proclamat, uiros dei in insulam Aegypti nequaquam mittendos esse. Mannia quoque Saracenum gentis regina, cum frequentibus praelijs Romanorum opes attriuisset, Palaestini & Arabici limitis oppida uastans, orata pacem non aliter repromittit, nisi Mosem Christianum uirum sanctissimum genti suae episcopum designarent. Id agere Lucius conabatur, uerum Moses inclamat, Arguunt te o Luci per metalla damnati Christiani in insulas relegati & carcere inclusi, quare manus tuas ad me consecrandum nunquam iniicies. Reuocatis itaque episcopis qui se consecrarent, datur reginae praesul, ac pax Romanis redditur. Saeuiebat in Christianos Valens & Lucius, licet Themistij philosophi litera eum Valentem aliquantulum mitio rem reddiderint. Saeuiebat & Athanaricus Gothorum rex, qui plurimos barbarorum martyrio affectit. Interim uero Valentinianus Saxones gentem in oceani littoribus positam locis inuijs, & Burgundiones uirtute ac rei militaris scientia oppressit. At uero dñi Sarmatae sese per Pannonias effudissent, bellumque in eos parat, subita sanguinis effusione apud Brigionem oppidum moritur. Tum Gothi sedibus suis pulsi, per omnes se Thracias effundunt: quibus dum Valens ire obuia cum exercitu parat, reuocatis prius, sed sero ab exilio episcopis & monachis, quos etiam militare coegerat, praesul uictus igni exuritur. Haec quidem clades romani imperij ac totius Italiae exitium fuit. Syricius autem (dum haec agerentur) censuit monachos, quorum uita probata esset, posse sacris initiari a primis ordinibus usque ad episcopatum. Censuit item ordines per interualla dandos. Manichaeos praeterea qui in urbe erant, uetuit communicare cum fidelibus. Poenitententes autem & redeuntes ad gremium orthodoxae fidei recipiendos esse censuit, si monasterium ingrederentur, atque ibi ieiunijs & orationibus se toto uiae tempore macerarent. Viaticum siquidem tum demum ab ecclesia recipiebant, ubi de optima eorum uita constaret. Consecrari autem presbyterum ab episcopo tantum censuit. Instituit item ut quicumque aut uiduam aut secundam uxorem duxisset, ab officio ecclesiastico pelleret. Haereticos quoque per manus impositionem recipiendos censuit. Huius temporibus Hilarius fuit, urbis Praetoriae episcopus, qui & contra arrianos duodecim libros scripsit: & alterum contra Valentem & Ursatum: atque non ita multo post Praetoriae moritur. Victorinus autem natione Apher, Romae tum primum rhetoricam docuit; postea uero in extrema senectute fidei nostrae se tradens, contra Arrium libros more dialectico scripsit. Multa quoque composuit ad commendationem fidei nostrae. Gregorius Baeticus Iliberi episcopus. Photinus autem Gallograecus Marcelli Ancyranus episcopi discipulus, Hebionis haeresim instaurare tum conatus est. Hebion enim Christi pio coitu Mariae natum, uirum iustum putauit. Is quidem a Valentiniano imperatore pulsus, plura scripsit uolumina, ac praecipua contra gentes. At Didymus Alexandrinus a teneris annis oculis caecus, & ob id etiam primae literae ignarus, ita geometriam & dialecticam, quae magno usu indigent, iam grandis natu cum primis elementis didicit, ut praeterla quaedam opera in mathematicis scripserit, in psalmos quoque, & in euangelium Matthaei ac Iohannis, & contra arrianos multa edidit. Opatrus quoque Apher episcopus Miluitanus libros sex contra Donatianos composuit. Seuerus autem Aquilius Hispanus agnationem ab illo Seuero ducens, ad quem Lactantij duo extant epistolarum libri, uolumine composuit, quod catastrophem uocauit. Syricius uero copositis ecclesiae rebus, ac creatis sex & uiginti presbyteris, diaconis sedecim, episcopis duobus & triginta, ex sacris ordinibus quinquies habitis, mori, ac sepelisse in coemeterio Priscillae uia salaria octauo calendis Martij. Sedit enim annos quindecim, menses undecim, dies quinque & uiginti. Vacat tum sedes dies uiginti.

ANASTASIVS .I.

Anastasius natione Romanus, patre Maximo, imperate Gratiano urbis Romae episcopus creatur. Nam Gratianus adolescens religione clarus, militia strenuus, apud Argentariam oppidum Galliae uero praelio ad triginta milia Alemannorum fines Romanorum uastantes, cum minimo suorum incommodo interfecit. In Italiam

deinde rediens, pulsa arriana haeresi totam prouinciam ad ueram Christi fidem redegit. At uero cum insatibus Gothis rempublicam in magno discrimine uideret, Theodosium ex Hispania oriundum uirum clarissimum, socium ac imperij comitem sibi delegit, qui superatis Alanis, Hunnis & Gothis orientale imperium restituit, icto cum Athalarico rege Gothorum foedere: quo quidem mortuo ac Constantinopoli egregie sepulto, omnes eius milites Theodosium uirum optimi fecuti sunt. Interim uero Maximus in Britannia tyrannide occupans, ac in Gallia traiciens, apud Lugdunum Gratianum interfecit: qua re Valentinianus iunior frater metu perterritus, ad Theodosium in orientem confugit. Sunt autem qui scribant hos quidem fratres in tantam calamitate incidisse matris Iustinae crimine, quae arriana haeresim fouens Christianos persequebatur, maxime uero Ambrosium, quem etiam inuitum populum Mediolanensis tum episcopum delegerat. Mortuo enim Auxentio haereticorum episcopo, statim seditio Mediolani exorta est. Cum hanc itaque reprimere Ambrosius conaretur, qui tum consularis eiusdem prouinciae fasces regebat, ecclesiamque ingressus multa de concordia partium disseruisset, ab omnibus succlamatum est, non alteri quam Ambrosio episcopatum committi debere: quod etiam factum est. Ex catechumeno enim Christianus factus, & sacris initiatus Mediolanensis episcopus creatur. Cuius doctrina & sanctitas quae fuerit, eius uita ac opera doctissime & elegantissime scripta ostendunt. Tunc autem Anastasius rei diuinae cauens, constituit ne sacerdotes ullo modo sederent, sed curui & uenerabundi starent, cum sacrum euangelium aut caneretur aut legeretur in ecclesia dei, Neue peregrini, maxime autem transmaritimi in clerum reciperentur, nisi quinque episcoporum praesentibus chirographa. Hoc autem factum esse aiunt propter Manichaeos, qui tum in Aphrica magno in pretio erant, & ad corrumendam fidem de suis quoquo uersum mittebant. Constituit item ne debiles & manci, neue aliquo membro carentes in numerum clericorum reciperentur. Basilicam quoque (quae Crescetina uocatur) in regione secunda uia mamertina dedicauit. Huius & Damasi & Syricij tempora illustrarunt, non modo optimi imperatores, Iouinianus, Valentinianus, Gratianus, Theodosius, uerum etiam sanctissimi atque excellentes in quauis facultate doctores, tum graeci, tum latini: Gregorius nobis Christianis cum Basilio Cappadocia genuit (ut ait Eusebius) ambo fuere nobiles, ambo Athenis eruditi. Basilius enim Caesarea Cappadociae, quae prius Mazaca uocabatur, episcopus contra Eunomium egregios libros edidit. Scripsit et uolumen de spiritu sancto, & monachorum instituta. Duos habuit fratres, Gregorium & Petrum uiros doctissimos. Gregorius extabant Eusebij temporibus aliqua uolumina. At Gregorius Nazianzenus, qui Basilius ad monasterium perduxit, Hieronymi praceptor multa scripsit, maxime uero in laudem Cypriani, Athanasij, Maximi philosophi. Scripsit & contra Eunomium libros duos, contra Iulianum imperatorem librum unum. Laudauit & nuptias & uirginitatem hexametro uersu. Leuauit & Constantinopolitanos ab haeresi rationibus, & suo elegantissimo dicendi genere, in quo Polemonem uirum eloquentissimum secutus est. Is postremum dum senex admodum esset, successorem sibi deligens ruri uitam monachi duxit. Basilius autem sub Gratiano: hic uero sub Theodosio moritur. Epiphanius quoque Cypri Salaminae episcopus, haereses omnes elegantissimis uoluminibus impugnavit. Composuit tum etiam multa sermone Syro Ebraeam Edessenae ecclesiae diaconus, qua ex re ad tantam uenit dignitatem, ut post lectionem scripturae sacrae publice in quibusdam ecclesijs eius scripta legerentur. Anastasius autem ubi ex sacris ordinationibus bis in urbe mense decembris habitis, presbyteros octo, diaconos quinque, episcopos decem creasset, moritur, & sepelitur in coemeterio ad uersum pileatum quinto calendis Maij. Annos uero tres, dies decem sedit. Vacat tum sedes dies unum & uiginti.

INNOCENTIVS .I.

Innocentius natione Albanus, patre Innocentio, particeps Theodosij temporum fuit, qui singulari celeritate & consilio usus, Maximum tyrannum Gratiani interfecit, & eum apud Aquileiam occidit. Hanc calamitatem Maximo ipsi Martinus uir

Themistius philosophus.

Hilarius Praetoriae episcopus. Victorinus Apher. Gregorius Baeticus Iliberi episcopus. Photinus.

Opatrus episcopus Miluitanus.

XLI. ponti.

Gratianus imperator.

Gregorius Baeticus.

XLII. ponti.

Theodosius imperator.

sanctissimus antea prædixerat, dum Britanniam militaribus copijs spoliat, in Italiam contra ius fasque uenturus. Tunc enim à circio Scoti, ab aquilone Picti, insulam uacuum militibus ingressi longe ac late omnia uastarunt. Theodosius autem diuino auxilio fretus, & Andragatium Maximii comitem & Victorem eiusdem tyranni filium, Arbogastem & Eugenium tyrannos mira celeritate usus opprimit, unde merito Claudiani poeta carmina in laudem Theodosij extant,

Omniū dilectæ deo, tibi militat æther,
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Theodosius
ab ingressu ec-
clesiæ prohibi-
tus.

Accedit Theodosio ad disciplinam militarem laus ingenij, quo plurimum ualuit, & religionis. Nam cum Mediolani ingredi ecclesiam uellet mysteria uisurus, prohibitus ob quoddam facinus (ut fieri solet) ab ingressu ecclesiæ, nisi pœniteret, ita æquo animo id tulit, ut uelero ipsi Ambrosio gratias egerit, atque pœniteret. Huius uxor Flaccilla fuit, ex qua Arcadium & Honorium suscepit. Iratus semel Theodosius quæ Thessalonicensis in theatro militem occidisset; uel (ut alij uolunt) iudicem suum, ægre retentus à sacerdotibus Italicis est, quo minus omnes Thessalonicensis occideret. Qui postea ad se rediēs, re cognita, & lachrymis pœnitentiam prope patriati sceleris egit, & legem tulit, ut sententiæ principum super animaduersione prolatae in tertium diem differrentur, quo miser cordiæ uel pœnitentiæ locus daretur. Ferunt principem ipsum (si quando ira percitus fuisset) hac deinceps cunctatione usum, ut notas omnes literarum expresse recenseret, quo interim iræ daretur locus. Affirmant quidam principem ipsum familiaritate cuiusdam Iohannis monachi anachoretæ in Thebaide usum, cuius consilio tum bellum tum pacem gerebat. Theodosius autem quinquagesimum ætatis agens annum, Mediolani moritur. Innocentius uero tantæ imperij tranquillitate & benignitate principis usus, multa ad religionem christianam pertinentia meditatus est. Constituit enim ut sabbato ieiuniū celebraretur, & quæ tali die Christus in sepulchro iacuisse, & quæ eius discipuli ieiunassent. De Iudæis quoque & paganis, deque monachis regulas quasdam tulit. Cataphrygas autem hæreticos, quorum autores fuerunt, Montanus, Priscilla & Maximilla (ut antè dixi) ab urbe expulit, Theodosio annuente; uel in monasteria (ut alij uolunt) relegauit. Præterea uero Pelagium monachum & Celestinum hæreseos damnauit, & quæ liberum arbitriū diuinae gratiæ anteferrent, & quæ dicerent ad implenda diuina iussa uoluntate per se sufficientem esse. Contra hos quoque multa scripsit Augustinus. Pelagius autem in Britanniam proficiscens, totam insulam errore suo infecit, adiuuante Iuliano tantum mali comite & socio. Basilicam uero Gerualdij & Protasij dedicauit, Vestinæ mulieris impensa structa & ornata, diuenditis eius bonis ex testamento relictis iusto pretio. Templi dona hæc fuerunt, patenæ argenteæ duæ sexaginta librarum, coronæ duodecim, cerosrata argentea quatuor. Ad ornatum baptisterij ceruum obtulit quinque & uiginti librarum, dententem aquam, uas chrisimatis ex argento librarum quinque, scyphos duos argenteos anaglyphos uiginti librarum. Dos autem templi erat domus ad basilicam Blinam, balneum ad templum Mamurri, domus item in cliuo Salutis balneata, fundus in agro elusino, alter fundus in agro fudano. His addita domus Emeriti in cliuo mamertino, domus altera in uico longo, balneum quoque eodem uico. Curam uero & administrationem huius basilicæ & sanctæ Hagnetis Leopardo ac Paulino presbyteris commisit. Huius temporibus fuit Apollinarius Laodiceæ Syriæ episcopus, uir sane in disputando uehemens, & ita acutus, ut usus sit dicere corpus non animam à domino in dispensatione susceptum, postea uero cum rationibus urgeretur, ait eum quidem habuisse animam, non tamen ex ea parte qua rationabilis est, sed ex ea solum qua corpus uiuum reddit. Ad supplementum uero rationabilis partis, ipsum uerbum dei fuisse perhibeat. Quæ quidem sententiæ, & à Damaso antea, & à Petro Alexandrino episcopo explosa est. Hinc Apollinariæ originem habere. Martianus autem Barcionæ urbis episcopus castitate & eloquentia insignis bene cum fide sensit, & Nouatianos scriptis suis impugnavit. Cyrillus uero hierosolymitanus episcopus sæpe pulsus ecclesia, & receptus, ad extremum sub Theodosio principe annis octo episcopatum

Pelagius, Celestinus danatur.

Apollinarius episcopus.

Apollinariæ.

tenuit, multaque scripsit. Euzoius item apud Thesepium rhetorem cum Gregorio Nazianeno episcopo adolefcens Cæsareæ eruditus, plurimum labore Origenis & Pamphilii corruptam bibliothecam membranis instaurare conatus est. Scripsit & ipse multa. Eodem quoque tempore Hieronymus presbyter in Bethleem habitans, ingenio ac facundia sua Christi fidem mirum in modum auxit: quod etiam eius scripta declarant. Improbatur item eo tempore in synodo Burdegalensi Priscilliani dogma sumptum ex gnosticoꝝ & Manichæorum hæresi, de qua superius diximus. Innocentius uero ubi per sacros ordines quater in urbe habitos, presbyteros triginta, diaconos duodecim, episcopos quatuor & quinquaginta creasset, moritur, ac sepelitur in cœmeterio ad uersum pileatū quinto calendas Augusti. Sedit annis quindecim, mensibus duobus, diebus quinque & uiginti. Vacat tum sedes dies duos & uiginti.

S O Z I M V S . I .

Sozimus natione græcus, patre Abrahamo, mortuo Theodosio, Arcadij & Honorij, qui patri in imperio succedere, temporibus fuit. Hi quidem gubernacula imperij suscipientes, paribus auspicijs illud rexere, diuisis tantummodo administrationibus. Arcadius enim orientem, Honorius uero occidentem gubernabat, licet Theodosius filijs adhuc adolefcentibus tres duces reliquerit, qui Romanum gubernarent imperium, Rufinum qui orientem, Stiliconem qui occidentem, Gildonem qui Africam regerent. Qui deinceps cupiditate imperandi moti spretis paruulis regnum occupare conati sunt. Gildoni res nouas in Africa molienti, Mascezel frater eius crudelitatem ueritus, cum exercitu obuiam factus, hominem fundit fugatque: qui uel dolore animi, uel ueneno non ita multo post moritur. Idem quoque Mascezel tanta uictoria elatus, cum nec deo nec hominibus parceret, à militibus occiditur. Rufinus uero ab Arcadio opprimitur, dum orientale imperium conatur inuadere. Ingressus tum Italiam Rhadagafus Gothorum rex immanissimus ferro ac flamma omnia uastabat. Verum Romani comparato exercitu, barbaræ in sepulchris moribus opprimunt duce Stilicōe. Huic uero successit Alaricus, quem Stilico regni cupidus cum superare posset, & fouit & iuuat. Verum postremo cum Alaricus in Gallia proficiscens, concedente eo loci sedes ad incolendam Honorio apud Polentiam confidisset, Saulum gente & religione hebraeum à Stilicone cum militibus immisissum, quo foedus turbaretur hostem sensit. Facile enim fuit barbaros nil tale suspicantes, & diem paschæ obseruantes incautos perturbare. Verum sequenti die sumptis armis, & Saulum cum exercitu ad interuentionem cædit, & omnia Gallia in Stiliconem & Romanos mouet. Quibus superatis, urbem Romam post longam & grauem obsidionem capiunt anno eiusdem conditæ millesimo ac centesimo & sexagesimo quarto: salutis uero Christianæ, anno duodecimo & quadringentesimo. Hac tum moderatione Alaricus usus est & clementia, ut suis mandauerit à cæde & sanguine quoad fieri poterat abstinere: ut uer confugientibus ad basilicas Petri ac Pauli parceretur. Rex uero tertia die ab urbe discedens minus calamitatis quæ putaretur perperfa (parum enim incendij senserat) in Lucanos & Brutios proficiscitur, ubi apud Consentiam uicini captam & direptam moritur. Cui statim omnium Gothorum consensu Athaulphus ob affinitatem & genus succedit, quem quidem ad urbem Romam cum exercitu redeuntem, Galla Placidia superioris Theodosij filia eius uxor ita placauit, ut à cædibus et rapinis temperatum, & suis magistratibus urbis dimissa sit. In animo certe ei prius fuerat urbem Romam delere, ac nouam condere, eamque Gothiam appellare, & imperatoribus nomē de se relinquere, ut non Augusti deinceps, sed Athaulphi uocarentur. Mētem hominis Placidia non modo à tanto facinore auertit, uerum etiam foedus inter Athaulphum, Honorium & Theodosium iuniorē composuit, Arcadij iam mortui filium. Sozimus autem in tanta rerum perturbatione rem diuinam nunquam omisit. Constituit enim ut diaconi dum celebraretur lauas tectas haberent linostimis. Concessit item ut in parochijs ceteri sancto sabbato benedicti possent. Bibere autem in publico clericis uetuit: In cellis fidelium id fieri posse non negauit. Uetuit etiam ne serui in clerum reciperent, quod hu-

Hieronymi habitatio.

XLIII. pontif.

Arcadius & Honorius.

iusemodi viros liberos & integros esse oporteret. Asciscuntur nunc non modo serui, & uulgo concepti ac nati, uerumetiam flagitiosi omnes ex flagitioso quoque generi: quorum scelere ecclesia dei magnum aliquid incommodum tandem capiet. Fecerunt tamen Sozimum misisse ad Carthaginense concilium Faustinum episcopum, duosque urbis Romae presbyteros, ut ostenderet nil usquam publice agi debere sine consensu ecclesiae Romanae. Huius autem pontificatu fuit Lucius Arriana partis episcopus, qui uariarum hypotheson libellos scripsit. Diodorus quoque Tarsensis episcopus, dum Antiochia presbyter esset, multa tum scripsit, Eusebii sententias, non autem eloquentiam imitatus, propter ignorantem secularium literarum. Scripsit & Tiberianus apologeticum ob suspicionem haereseos, quia cum Prisciliano accusabatur. Euagrius praeterea acris & feruentis ingenij uitam beati Antonij de graeco Athanasij, in sermonem nostrum transtulit. Scripsit & Ambrosius Alexandrinus auditor Didymi in Apollinariu uolumen praclarum. Fuit tum etiam in pretio Iohannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres episcopi. Hunc ego arbitror Iohannem Chrysoptomum fuisse, qui ob elegantiam dicendi hoc cognomen merito adeptus est, quique Theodorum & Maximum condiscipulos suos ad fidei Christi traduxit, relictis praceptoribus Libanio & An dragathio philosopho. Interrogatus Libanius iam morti propinquus, quem potissimum in schola successore relinqueret uellet, non alium quam Chrysoptomum dixit, nisi hominem Christiani ad se traduxissent. Perlata tamen etiam sunt ad Sozimum synodalia decreta, quibus confirmatis, pelagiana haeresis ubique damnatur. Sunt qui scribant & Petronium Bononensem episcopum uirum sanctissimum, et Possidonium Africam provinciae episcopum, magnam sanctitatis opinionem de se tum concitasse. Scripsit & multa contra haereses Primatus ad Fortunatum episcopum. Sunt qui scribant Probam Adelphi proconsulis uxorem Centonas Virgilij in laudem Christi tum composuisse. Hanc certe laudem quidam Eudocia ascribunt Theodosij iunioris uxori. Augustinus uero beati Ambrosij in fide discipulus, homo certe omnium qui tum fuit doctissimus Hippone in Africa episcopus, fidem nostram scriptis & disputationibus tum maxime tuebatur. At Sozimum creatis in urbe Roma presbyteris decem, diaconis tribus, episcopis octo, moritur, ac sepelitur uia Tiburtina apud corpus beati Laurentij martyris septimo calendis Ianuarij. Sedit annum unum, menses tres, dies duodecim. Vacat tum sedes dies undecim.

BONIFACIUS .I.

Bonifacius natione Romanus, patre lucundo presbytero, Honorij temporibus fuit. Orta quidem tum in clero seditio est. Nam dum Bonifacius in basilica Iulij urbis Romae episcopus creatur, Eulalius in Constantiniana electus, huic statim obicitur. Quod ubi Honorius, qui tum Mediolani erat intellexisset, instante Placidia, cum filio Valentiniano ambo ab urbe pelluntur. Reuocatur tamen septimo mense post Bonifacius, & solus urbis praefectus constituitur. Interea uero mortuo Athaulpho, Gothorum rex Vallias decernitur, qui dei iudicio perterritus, Placidiam apud se tamen honeste habitam, Honorio fratri reddidit, pacemque cum eo datis lectissimis obsequiis iniit. Idem fecere Alani, Vandali & Sueui. Placidiam uero Honorius Constantio, quem caesarem declarauerat, in matrimonium collocat: unde Constantius Valentinianum filium suscipit: quae postea a fratre pulsa ad orientem cum filijs, Honorio & Valentiniano proficiscitur. Bonifacius autem pontifex tum constituitur, ne mulier ulla aut monacha sacratam pallam attraheret, aut thura contingeret: ne uel seruus aut obnoxius uel obsecratus in clerum reciperetur. Condidit praeterea oratorium in coemeterio sanctae Felicitatis martyris, eiusque sepulchrum ornauit marmoribus & argento. Nam & patenam argenteam dono dedit librarum uiginti, et scyphum argenteum librarum decem, et coronas argenteas tres, calices minores duos. Huius quoque pontificatum insignem reddidere multi praecleari uiri, maxime uero Hieronymus presbyter, patre Eusebio natus oppido Stridonis, quod a Gothis euersum, Dalmatiae quondam Panoniaeque in finibus fuit. Quantum iste iuuerit ecclesiam dei uita & scriptis non attinet dicere, cum & uita eius sanctissima omnibus pra-

luceat, & scripta eius ita in pretio & honore sint, ut nemo magis legatur ab eruditissimis fertur. Moritur autem Hieronymus in Bethleem aetatis suae anno. LXXXI. pridie calendis Octobris. Laudatur & Gelasius Caesarea Palaestina post Euzoium episcopus, uir ac curati elegantisque ingenij. Scripsit & historia Dexter Paciani filius ad Hieronymum. Laudauit & spiritum sanctum Amphiloichius elegantis stylo. Laudat & Sophronium Hieronymus quod de euerfione Serapis librum copiose ac docte scripserit. Aiunt & Lucianum presbyterum deo inuente, tum quidem reliquias Stephani protomartyris & Gamalielis Pauli praepetoris inuenisse, de quibus ea re sermone graeco ad omnes ecclesias scripsisse: quam inscriptionem postea Abundius presbyter Hispanus latinam fecit ad Orosium presbyterum. Sunt etiam qui huic aetati addant Iohannem Cassianum & Maximinum uiros doctissimos. De Eutropio autem Augustini discipulo, non ita ambigitur, qui historiae Romanae Epitomen fecit, ab urbe condita usque ad tempora sua satis eleganti stylo & oratione. Scripsit & ad duas sorores Christo dedicatas de pudicitia & amore religionis. Laudatur & Iuuenalis qui tum Constantinopolitanus episcopus erat. Fuit etiam in pretio Heros uir sanctus, ac beati Martini discipulus, Arelatensis episcopus iniuria iustus. Bonifacius autem ubi ex sacris ordinibus semel habitus, presbyteros tredecim, diaconos tres, episcopos sex & triginta creasset, moritur, ac uia Salaria sepelitur apud corpus sanctae Felicitatis martyris octauo calendis nouembrijs. Sedit annis tribus, mensibus octo, diebus septem. Mortuo Bonifacio clerici quidam Eulalium statim ad urbem reuocant, qui uel indignatione, uel contemptu rerum humanarum reuocationem spernens, anno post Bonifacium moritur. Vacat tum sedes dies nouem.

CAELESTINVS .I.

Caelestinus natione Campanus, Theodosij iunioris temporibus fuit. Hic enim mortuo Honorio principe clarissimo, Valentinianum Placidiae amicae suae filium Caesarem creatum, ad regendum occidentale imperium mittit. Qui statim totius Italiae consensu imperator creatus, gubernacula imperij apud Rauennam suscipiens, hostes Romani nominis, maxime uero Iohannem tyrannum mira felicitate in Italia compefcuit. Interea uero Vandalorum, Alemanorum, et Gothorum effera gens ab Hispania in Africam Genserico rege traiciens, prouinciam ferro ac flamma depopulata, fidem quoque catholicam Arriana impietate foedauit, pulsas etiam in exilium quibusdam episcopis bene sentientibus, in qua perturbatione beatus Augustinus Hipponensis episcopus, tertio obsequiis mense, quinto calendis septembris moritur, septimo & LXX. aetatis anno. Vudali autem capta Carthagine in Siciliam traicientes, insulam depopulantur & uastant. Idem fecere Pictaui & Scoti insulam Britanniam occupantes. Accitum autem a Britannis in auxilium Aetius patritius uir bellicis artibus insignis, non modo laborantibus auxilium non fert, uerumetiam regnandi cupidus, Hunnos ad inuadendam Italiam sollicitat. Unde Britanni ab Aetio destituti, ab Anglis auxiliu petunt, quos hostes deinceps, non auxiliares sensere. Ab his enim oppressi, & patria simul & nomen amiserunt. Interim uero Theodosio Constantinopoli mortuo septimo et uigesimo imperij sui ac patrii Honorij anno, Bleda & Attila fratres Hunnorum reges Illyricum ingressi, omnia incendunt & uastant. At Caelestinus diuino cultui interitus, constituit ut palam dauid ante sacrificium antiphonatum ab omnibus canerentur, quod ante fieri non consueuerat. Perlecta enim epistola & euangelio, finis sacrificio imponebatur. Refert Martinus Cassinas, ludica me deus & discerne causam meam, quod in principio sacrificij dicitur eius inuentu fuisse. Graduale quoque huic ascribit. Multa praeterea constituit de omni ecclesia, quae tum in archiuis legebantur. Dedicauit et basilicam Iuliam, cui etiam haec dona obtulit, patenam argenteam librarum .v. & XX. scyphos, II. argenteos. XX. librarum: aquamanulos argenteos. XX. librarum, candelabra argentea duo. LX. librarum, catharos, cerofranta aenea quatuor & uiginti magni ponderis, Nestorius autem Constantinopolitanus episcopus nouum tum errorem inducere conatus est. Praedicabat enim Christum ex Maria hominem tantum, & non deum natum, eiusque diuinitatem collatam esse pro meritis, cui impietati &

Lucius Arriana partis episcopus.

Tiberianus. Euagrius.

Augustinus Hipponensis.

XLIII. pont.

Honorius imperator.

Iuuenalis episcopus.

Eulalius reuocatur.

XLV. pontif.

Theodosius iunior.

Iohannes tyrannus.

Augustinus moritur.

Nestorius Constantino.

50
Cyrillus Alexandrinus episcopus & Cælestinus pontifex mirū in modum aduersati sunt. Nam habita apud Ephesum synodo. CC. episcoporum impius Nestorius cū heresi nominis sui, cūq; Pelagianis omnibus, qui dogma illud prope conatum iuuabant, omniū consensu, XIII. canonibus eorum stultitiam impugnantibus damnantur. Præterea Germanū Antiochodorensem episcopum in Britanniam mittit, qui deturbatis hæreticis insulares ad catholicam fidem redigeret. Misit & ad Scotos Christi fidem optantes Palladium, quem ipse episcopum creauerat. Huius certe atq; suorum opera magna pars occidentis ad ueram Christi fidem conuersa est. Ferunt hoc tempore diabolum personam Moyfi indutus, multos Iudæos decessisse, dum eos ex Creta in terram promissionis ad similitudinem historiae ueteris sicco pede per mare deducere pollicetur. Multi enim ex his falsum Moysem secuti, in undis periere. Aiunt autem illos solos euasisse, qui tum Christum uerum esse deū crediderunt. At Cælestinus ubi ex sacris ordinibus ter in urbe mense decembris habitis, presbyteros duos & triginta, diaconos duodecim, episcopos duos & LX. creasset, moritur, ac sepelitur in cœmeterio Priscillæ uia salaria octauo idus aprilis, Confederat annis. VIII. men. X diebus, XVII. Vacat tū sedes dies. I. & XX.

SIXTVS .III.

XLVI. pōif.

Sixtus tertius, natione Romanus, patre Sixto, Valentiani tempora attingit, qui occidētalis imperij gubernator pacem cum Genferico Vuandalorū rege inijt, ac certis finibus Africam sibi ac Genferico diuisam, Vuandalis incolendā dedit. Subor natus deinde Genfericus ab Arrianis, eorū impietatem extollens, uarijs terroribus episcopos nostros persequitur. Interim uero dum Valentinianus Constantinopolim proficiscitur, & Theodosij filiam in uxorem ducit, Vuadali Genferico duce Carthaginē iterum capitū ac diripiunt, anno quingentesimo & LXXXIII. posteaq; Romanorū esse ceperat. Dum hæc autem in Africa gererentur, Attila cum Belda fratre Hunnorum reges non contenti occupasse Pannonias, Macedoniam, Mysiam, Achaiam, et utraq; Thracias ferro ac flamma deuastat, Beldamq; fratrem obruncat, quo solus regno potiretur. Inde uero animos sumens ad occupandum occidentale imperiū, copias undiq; celeriter colligit, atq; iter statim capit. Quod ubi Aeti⁹ intellexisset, legatos de pace statim Tholassam ad Theodoricum regem mittit, cum quo foedera ita sunt inita, ut communi impensa & paribus copijs bellum contra Attilam gereretur, Romanorum ac Theodorici auxiliares copiae fuere, Alani, Burgundiones, Franci, Saxones, atq; omnes ferē occidētales populi. Tandem uero superueniente Attila in campis catelaunicis, magno ardore animorum prælium utrinq; committitur. Pugnatum erat aliquandiu atq; acriter, cum uox superueniēs incerto autore certamini finem imposuit. Ad centum & octoginta milia hominum in eo prælio utrinq; cecidisse constat, neutro inclinante acie, aut cedente. Ferunt tamen Theodoricum Thurismundi regis patrem eo prælio cecidisse. At Sixtus pontificatum iniens a Basso quodam reus in iudicium accersitur. Hic autem congregata septem & quinquaginta episcoporum synodo, ita causam dixit, ut ab omnib⁹ uno consensu absolueret. Damna Basiliensis calūniator iniquus, annuente Valentiniano & Placidia eius mære in exiliūq; mittit, ita tñ, ut ultimo die uicariū ei ob pietatē ecclesiæ non negaret. Eius autē p̄dia nō sūto sed ecclesiæ ascribunt. Aiunt Bassum post exiliū nō multū uixisse, tertio em̄ mēse diē extremū obiit; cuius corpus Sixtus ep̄s in teamentibus inuolutū, & aromatibus cōspersum p̄prijs manibus ad sanctum Petrum sepeliuit in loculis parentū. Aedificauit autē Sixtus basilicam beatæ Mariæ uirginis, quæ ab antiquis Liberij cognominabatur iuxta macellum Libyæ. Accepit deinde nomen ad Præsepē; postremo uero sancta Maria maior uocata est. Sixtum autē huius templi autorē fuisse titulum ipse in frontispicio primi fornici declarat his uerbis: Xyxtus ep̄s plebi dei. Per x em̄ in principio & y scribit græca orthographia, licet nra ætas consuetudini seruiēs, Sixtū scribat per s & iota. Huic quoq; tēplo idē pontifex hæc dona obtulit, altare argenteū purissimū, CCC. librarū, patenas argenteas tres. C. & XX. librarū, scyphos argenteos quinq;, calices decē, coronas argenteas octo & uiginti, candelabra argentea tria, thymiamatarium librarum

Valentinianus imperator.

quindēcim, fundum Scauri in agro caletano, fundum Sceleris, ceruum argenteum fundentem aquam in fontem baptisterij. Ornauit & ambonem ecclesiæ porphyreticis lapidibus, quem nos fugestum appellamus, ubi euangelium & epistola canitur. Præterea uero rogatu Sixti Valentinianus templa quadam fanctorū mirifice excoluit. Nam & supra confessionem beati Petri auream saluatoris imaginem gemmis aureis distinctam collocauit, & fastigium argenteum basilicæ Constantinianæ a barbaris sublatum restituit. Ornauit & confessionem beati Petri ex argento. Aiunt præterea huius temporib⁹ Petrum episcopum natione illyricum adificasse templum diuæ Sabinae in monte Auētino non longe a monasterio sancti Bonifacij, in quo diuus Alexius iacet. Quod ego factum Cælestini primi tempore crediderim, ut etiam carmina heroica indicant, quæ ad huc leguntur his fere uerbis, Culmen apostolicum cum Cælestinus haberet, Primus & in toto fulgeret episcopus orbe, Hæc quæ miraris, fundauit presbyter urbis, Illyrica de gente Petrus, uir nomine tanto Dignus, ab exortu Christi nutritus in aula. Pauperibus locuples, sibi pauper, qui bona uitæ Præsentis fugiens, meruit sperare futura. Sunt etiam qui scribant huius temporibus fuisse Eusebium Cremonensem & Philippū Hieronymi discipulos, qui pleraq; eleganti oratione scripsere. Laudatur & Eucherius Lugdunensis episcopus doctrina & dicendi copia. Non improbatur postremo Hilarius Arelantensis episcopus, uir sanctitate & doctrina ea tempestate insignis. Sixtus autem cum omnia quæ habuerat, aut in ædificijs & ornamentis ecclesiarij, aut pauperibus erogasset, creatis presbyteris octo & uiginti, diaconis duodecim, episcopis duobus & quinquaginta, moritur, ac sepelitur in crypta uia tiburtinæ apud corpus beati Laurentij. Seddit autem annis octo, diebus, XVIII. Vacat tum sedes dies duos & uiginti.

LEO .I.

XLVII. pont.

Leo natione Tuscius, patre Quintiano, eo tempore fuit, quo Attila a pugna catelaunica rediens, in Pannonias comparatis magnis copijs, Italiam hostili manu ingressus, ac primo Aquileiam in limitibus prouinciæ positam, triennio obsedit. Verum cum iam desperatis reb⁹ in eo esset ut statim moueret, uidissetq; ciconias ex urbe in agros pullos suos deferentes, auspicio motus, adhibitis machinis miseram ciuitatē acriter oppugnatam, tandem capit, diripit & incendit; nec ulli generi hominum parcat, flagellum dei se uocitans. Inde Hunni ueluti ruptis claustris per totam Venetiam sese effundentes, urbes omnes occupat, Mediolanum ac Ticinū diripiunt. Iturus deinde Romanam infestis signis, cum eo loci confedisset, ubi Mintius Padum inluit, amnem traiecit rus, uir sanctissimus Leo pontifex calamitatem Italiæ & urbis Romæ miseratus, adhortante etiam Valentiniano ei fit obuiam, persuadetq; Alarici exemplo, qui statim dei iudicio post captam urbem mortuus est ne ultra progrediatur. Monitis p̄tificis optimi obtemperans Attila, quod dum simul loqueretur, cernere duos uiros supra caput suum strictos tenentes gladios, ac mortem minitantes, nisi pareret uisus est: si Petrus & Paulus apostoli putati sunt, inde mouens, Pannonias repetit; ubi non ita multo post effunderete se hubertim propter ebrietatem e naribus sanguine, moritur. Leo uero ad urbem rediens, totus ad confirmandam catholicam fidem conuertitur, quæ tum potissimū a multis hæreticis impugnabatur, maxime autem a Nestorianis & Eutichianis. Nestorius em̄ Constantinopolitanus episcopus uirginem non dei, sed hominis tantummodo genitricem dixit, ut aliam carnis, aliam diuinitatis personam faceret, & se iunctim alterum esse dei filium, alterum hominis ostenderet. Eutiches autem Constantinopolitanus abbas, ne sentire cum Nestorio uideretur, diuinam cum humana natura in idem compositum recidisse affirmabat, unumq; factum, nec ullo modo inter se distinctum debere. Hanc hæresim cum Flauianus Constantinopolitanus episcopus damnasset, Theodosio annuente, sy

Attila flagellum dei.

Nestorius cōstantinopolitanus episcopus.

nodus Ephesina indicitur, in qua Dioscoro Alexandrino episcopo præsidete, Eutiches restituitur, Flavianus uero damnatur. At Leo mortuo Theodosio in eiusq; locum successit Marciano principe catholico, concilium Chalcedonense indicit, in quo sexcentorū & triginta episcoporum autoritate decernit credendum duas naturas in Christo fuisse, utq; unus idemq; Christus deus & homo crederetur, ac statim Nestorius & Eutichius nephandus Manichæorum præsul damnarentur. Combusti etiam publice sunt Manichæorum libri, calcata & depressa est Dioscori superbia atq; hæresis. Interim uero mortuo à suis Valentiniano, Maximus tyrannus imperium occupat, Eudoxamq; quondam Valentiniani uxorem sibi uolentis nuptijs adiungit. Hanc ob rem Vuandali ex Aphrica acciti, Genferico duce Romam hostili manu ingressi, Maximū in illo tumultu ab Vrso milite Romano occisum, in Tiberim proiciunt, urbem diripiunt atq; incendunt, templa & sacra spoliant, nec Leonem pontificem exaudiunt clamantem & dicentem, ut urbi & templis parentes, prædam quò uellent abigerent. Abeuntes quartodecimo die post urbem captam, atq; Eudoxam cum filia & ingenti captiuorum numero secum trahentes, in Africam reuertuntur. At Leo ad reparandam urbem & templa conuersus, Demetriam ancillam dei impulsit, ut basilicam beato Stephano uia latina tertio ab urbemiliario in fundo suo conderet. Ipse uero in honorem beati Cornelij episcopi basilicam uia appia edificauit. Tempa diffracta restituit, sacrorū uasa cōminuta aut ablata uel de nouo renouauit, uel ex integro quoad fieri potuit restituit. Cameras præterea treis condidit in tribus basilicis, Iohannis, Petri ac Pauli, Sepulchris quoq; apostolorum custodes addidit ex clero Romano, hos cubicularios appellauit. Præterea uero monasterium prope sanctum Petrum condidit, constituitq; ut intra actionem mysterij diceretur, Hoc sanctum sacrificium & cætera: ne ue ulla monacha uelamen capitis benedictum acciperet, nisi approbatum fuisset eam quadraginta annis caste & integre uixisse. Dum autem his curis uir sanctus intentus esset, subito exorta est Acephalorum hæresis: qui ideo Acephali uocati sunt, quia sine cerebro & sine autore habebantur. Hi autem Chalcedonense concilium improbant, proprietatem duarum substantiarum in Christo negant, uenam tantum in eiusdem persona naturam prædicantes: quam quidem hæresim epistolis suis eleganter & docte ad Christi fideles scriptis acerrime confutauit. Sunt qui scribant Paulinum nolanae urbis episcopum, Prosperum Aquitanum uirum doctum, Mamercum Viënsensem episcopum in pretio tum fuisse. Primus em̄ Mamercus (ut aiunt) supplicatōes, quas græci letanias uocant, instituit ob frequentes terræ motus, qui tum maxime Gallias uexabant. Leo postremo creatis ex institutione sacrorum, LXXXI. presbyteris, diaconis, XXXI. episcopis sex & LXXX. moritur, ac sepelitur apud sanctum Petrum in Vaticano. II. idus aprilis, Sedit annis uno & uiginti, mēse uno, diebus tredecim. Vacat tum sedes dies octo.

HILARIUS .I.

Hilarius natione Sardinus, patre Crispino, ad Leonis tempora peruenit. Leo enim primus ex græca natione in locum Marciani imperatoris demortui sufficitur, qui statim filium suum eiusdem nominis Augustum creat. Sub hoc quidem imperatore respublica Romana magnas calamitates passa est, subortis quibusdam tyrannis imperium usurpare conantibus. Hac uero opportunitate ille cæcus Genfericus Vuandalorum rex, ex Aphrica in Italiam statim nauigat, Romanum imperium inuasurus. Quod ubi intellexit Leo, Basilicum patricium cum ualida classe in auxilium Antemij principis Romani mittit. Hi coniunctis copijs & animis ad Populoniam Genferico sunt obuiam, hominemq; classe decernere impellunt: qui quidem superatus ingenti clade, turpi fuga in Africam redijt. Vexare interea urbem Romam parabat Ricimer ille patricius, qui Biorgum Alanorum regem in montibus tridentinis superauerat, elatus tanta uictoria, ni Epiphanius Ticiensis episcopus hominem Anthemio urbem defendenti conciliafset. Hilarius autem in tanta perturbatione rerum, diuinam rem intermisit nunquam. Præterea uero instituit ne pontifices deinceps successorem sibi deligerent,

rent, quæ institutio ad omnes ecclesiasticos gradus pertinet. Fecit & decretalem, ac per uniuersum orbem sparsit. Epistolas quoq; conscripsit de fide catholica, tres synodos confirmantes, Nicenam, Ephesinam, & Chalcedonensem, quibus item Eutichem, Nestorium, & Dioscorum cum sectatoribus damnat. In baptisterio autem Constantinianæ basilicæ tria oratoria edificauit, auro & pretiosis lapidibus distincta, tribus sanctis dedicata, Iohanni baptista, Iohanni euangelista, & sanctæ cruci: quorum ianuae erant anea argento cælato clausæ. In oratorio autē *τῶν σωτηριῶν*, erat lignū crucis auro clausum, & ornatum gemmis. Stabat & eo loci agnus aureus duarū librarum in columna onychina, ante oratorium erant columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur hecaton. In fonte Iohannis erat lucerna aurea librarum decem, cerui argentei tres, octoginta librarum, aquam fundentes, columba aurea duarum librarum. Addidit & oratorium sancti Stephani baptisterio lateranensi. Duas quoq; bibliothecas apud eundem locum ædificauit. Ad Lunam uero monasterium in urbe struxit. Omitto dona templis oblata, quæ quidem prope infinita fuere ex auro, argento, marmoribus, & gemmis. Sunt qui scribant Genfericū Altriosidorensem & Lupum Trecharensem, episcopos huius temporibus fuisse, qui tum multum iuere Christianam fidem, gentiliū ac Pelagianorum opera plurimum labefactam. Gennadius præterea Constantinopolitanus episcopus ingenio, doctrina, & moribus ecclesiæ catholice multum profuit. Victorinus autem natione Aquitanus, arithmeticus insignis rationem paschæ ad cursum lunæ tum redegit, Eusebium et Theophilum ea in re superans. Sunt qui Merlinum Anglum uatem insignem his temporibus ascribant, de quo plura fortasse, quàm satis est scribuntur. Hilarius autem ubi ea peregrisset quæ ad optimum pontificem pertinebant, tum in extruendis templis ornatisq; tum etiam docendo, admonendo, castigando, elemosynas ue ubi erat opus præbendo, moritur, creatis prius de more quinq; & uiginti presbyteris, diaconis quinq; episcopis duobus & uiginti. Sepelitur autem in crypta sancti Laurentij apud corpus beati Sixti. Sedit annos septem, menses tres, dies decem. Vacat tum sedes dies decem.

SIMPLICIUS .I.

Simplicius patria Tiburtinus, patre Castino, imperante Leone secundo & Zenone fuit. Nam Leo primus ualitudine correptus, Leonem secundum ex Marlagene sorore sua nepotem, & Zenonis Isaurici filium successorem imperij designauit: qui non ita multo post graui morbo oppressus, cum finem uitæ sibi adesse cerneret, patri Zenoni imperium reliquit. Interim uero Odoacer cū maxima Tucilingorum & Herulorum manu Italiam ingressus, Orestem patricium apud Ticinum superauerat & capti, Placentiæ inspectante exercitu interfecit. At Zeno calamitates Italiæ miseratus, Theodoricum Gothorum regem iam antea apud se in honore habitum, contra Odoacrem cum ingentibus copijs in Italiam prope mittit, qui duces Odoacris non procul Aquileia ad Sontium annem graui prælio superat. Eadem quoq; fortuna cōtra Odoacrem sapius usus, hominem triennio Rauēna obsessum eo perpulit, hortante etiam Iohanne episcopo, ut se imperij socium acciperet. Verum sequenti die cum filio contra datam fidem interfecit, unde statim nemine aduersante Theodoricus totius Italiæ imperio potitus est. Simplicius autem uir sanctissimus has basilicas interim dedicat, basilicam Stephani protomartyris in Cælio monte, basilicam Andreæ apostoli non longe à templo sanctæ Mariæ maioris, in qua adhuc uestigia quedam antiquitatis apparēt, quæ sæpe flendo etiam inspexi ob incuriam eorum, quibus ipsa templa iam ruinam minantia commissa sunt. Hoc autem in templo hæc carmina legisse me memini musico opere descripta,
Hæc tibi mens ualide decreuit prædia Christe,
Cui testaror opes deuilit ille suas:
Simpliciusq; papa sacris cælestibus aptans,
Effecit uere muneris esse tuis;

Alia Tractatum.
Gennadius episcopus.
Victorinus Aquitanus.
Merlinus uates.

XLIX. pontif.

Leo secundus & Zeno imp.

Et quod apostolici deessent limina nobis,
Martyris Andreae nomine composuit.

Vtitur hac hæres titulis ecclesia iustis:
Succedensq; domo mystica iura locat.

Ples deuota ueni, perq; hæc commercia disce
Terreno censu regna superna peti.

Dedicat & aliam basilicam Stephani Simplicius apud sanctum Laurentium. Basilicam quoque Vinsianæ martyris ad palacium Lucianum, ubi corpus uirginis repositum est. Hebdomadas quoq; instituit, ut presbyteri, tum ad Petri, tum ad Pauli, tum ad Laurentij martyris templa uicissim manerent propter poenitentes, & baptismum requirentes. Urbem præterea presbyteris in quinque regiones diuisit, prima erat Petri, secunda Pauli, tertia Laurentij, quarta Iohannis lateranensis, quinta sanctæ Mariæ maioris. Instituit postremo, ne clericus ullus possessionem beneficii à laico recognosceret, quod postea à Gregorio & alijs pontificibus confirmatum est. Romam autem sedem esse primam omnium ecclesiarum declarant Acacij episcopi Constantinopolitani, & Timothei uiri doctissimi scripta, quibus rogatur Simplicius pontifex maximus, ut Petrum Alexandrinum episcopum Eutichetis imitatore m hæreseos damnet. Quod etiam factum est, hac conditione tamen, ut poenitenti tempus ascriberetur. Sunt qui dicant huius temporibus fuisse Remigium Remensem episcopum uirum sanctissimum, qui Clodoueam (ut historia referunt) regem Francorum baptizauit. Scripsit etiam multa eo tempore contra Eutichetem Theodorus Syriae episcopus: edidit & decem libros ecclesiasticæ historiae, Eusebium Cæsariensem imitatus. Tum uero omnes fere Aegyptij declinarunt in Dioscori hæretico errorem, de quo multa superius diximus. Vexauit & catholicos in Aphrica Himericus Vandalorum rex, Arrianos imitatus. Quam ob rem Eudoxa Theodosij neptis, mulier catholica eius uxor simulans se Hierosolymam uoti causa ituram, à marito hæretico discedens, Hierosolymis post longam peregrinationem, & mulieri præsertim grauem moritur. Ferunt ea tempestate & Elisei ossa in Alexandria translata esse, & corpus Barnabæ apostoli cum euangelio eius manu scripto repertum. At Simplicius cum ecclesiam Romanam non institutis solum, uerum etiam donis auxisset, creassetq; ex ordine sacrorum presbyteros octo & quinquaginta, diaconos undecim, episcopos sex & octoginta, moritur, ac sepelitur in Petri basilica sexto nonas Martij. Sedit autem annos quindecim, mensem unum, dies septem. Vacat tum sedes dies sex & uiginti.

FELIX. .III.

L. p̄s̄fex.

Odoacer.

Felix tertius, patria Romanus, patre Felice presbytero, ex regione Fasciola à rege Odoacre, qui annis quatuordecim Italiae imperauerat usq; ad Theodoricum peruenit. Qui etsi Rauennam sedem regni fecisset, tamen urbem Romam ad fieri potuit, exornauit. Nam & sepulchrum Octauij instaurauit, & spectacula de more exhibuit, & ædificia, ac basilicas plerasq; restituit, nihilq; omisit, quod ad optimum principem pertineret. At uero ut regnum aliquando stabiliret, & Clodouei Franciæ regis filiam Andesedam in uxorem duxit, & sororem Honorico Vandalorum, & filiarum suarum alteram Alarico Vegosorthorum, alteram Gundibato in matrimonium collocauit. Felix autem tum maxime intellexerat Petrum Eutichianum, quem antea diximus ob hæresim in exilium pulsum, instigante Acacio, tunc demum ab eodem reuocatum esse. Quare sanctus pontifex fraudem subesse ueritus, ex auctoritate sedis apostolicæ cõcilio bene sententiæ approbata, Petrum & Acacium damnat. Post annos uero tres cum Zeno fidem faceret hos homines poenitere, Felix eõ misit episcopos duos, Messenum & Vitalem, qui re cognita damnatos absoluerent. Hi itaq; Heracleam ciuitatem ingressi, pecunia corrupti, nihil ex sententiæ Felicis egere, uero pontifex merito indignatus, habita de more synodo, hos ut præuaticos & Simoniacos à communiõe de-

icit: Messeno tamen poenitentia tempus ascriptum est, quia errorem suum fassus est, poenitendiq; tempus petijt. Idem quoque Felix basilicam sancti Agapeti ædificauit non longe à basilica Laurentij martyris. Constituit item ut ecclesia non nisi ab episcopis consecrarentur. Aiunt autem huius tempore Theodorum presbyterum Gracum librum contra hæreticos scripsisse de conuenientia ueteris ac noui testamenti. Sunt etiam qui huic ætati ascribant Iohannem Damascenum uirum doctissimum, ac theologum insignem. Hic enim librum sententiarum composuit, in quo Gregorium Nazianzenum, Gregorium Nisenum, Didymum Alexandrinum imitatus est, libros quoq; medicæ artis composuit, quibus morborum causam & medelas describit. At Felix cum ex institutione sacrorum ordinum, quos in urbe Roma mense decembris habuit, presbyteros octo & uiginti, diaconos quinque, episcopos triginta creasset, moritur, et sepelitur in Pauli basilica. Sedit annos octo, menses XI, dies X, & septem. Vacat tum sedes dies quinque.

Theodorus.
presbyter.

GELASIVS .I.

L. p̄s̄fex.

Gelasius natione Apher, patre Valerio, eo tempore fuit quo Theodoricus Clodoueo socero suofrancorum regi bellum intulit, quod Alaricum generum Vegosorthorum regem in agro Volgadeni interfecisset, Vafconiamq; occupasset, uterq; affinis erat. Iustior habebatur Alarici causa, unde focerum genero prætulit. Superatis itaq; Francis ingenti prælio, Vafconiam recipit, receptamq; pro Alarico Alarici filio, donec adolefceret gubernat. Idem Theodoricus, Siciliam, Dalmatiam, Liburniam, Illyricum, Narbonensem Galliam, Burgundiam suo regno adiecit. Tridentum urbem in alpihus muro cinxit, & Italiam ab externo hoste tutatus est, collocatis Erulis in extremis Italiae partibus apud prætoriam Augustam, quorum regem adhuc adolefcentem in adoptionem susceperat. Gelasius autem Manichæos in urbe deprehensos exilio damnat, eorumq; libros apud basilicam diuæ Mariæ publice comburit. Instante præterea synodo, cognita Messeni poenitentia, eum libello prius satisficientem purgatum ecclesiæ suæ restituit. Cum uero intellexisset Petri & Acacij seditionibus multa flagitia & parricidia in ecclesijs Græciæ committi, confestim eõ misit, qui hos si non statim poeniterent in perpetuum damnarent. Erat autem consuetudo primitiuæ ecclesiæ diutius expectare ad gremium pietatis suæ aliquando redituros, Confugerat tum Iohannes Alexandrinus episcopus, uir catholicus illorum seditionibus uexatus, ad pontificem Romanum, à quo perbenigne & comiter susceptus est. Dedicauit Gelasius ecclesiam Euphemie martyris in ciuitate tiburtina. Dedicauit & basilicam sanctorum Nicandri & Eleutherij uia laucana, & basilicam sanctæ Mariæ uia Laurentina in fundo Crispi uigesimo ab urbe lapide. Clerum quoque amauit & auxit. Pauperes semper mira beneuolentia & charitate complexus est. Ciuitatem Romanam à multis periculis liberauit, maxime uero ab inopia rerum et fame. Hymnos etiam composuit ad imitationem beati Ambrosij, edidit & libros quinque contra Eutichen & Nestorium: Duos item contra Arrium. Orationes habuit elegantes & graues. Epistolas præterea ad amicos & domesticos fidei scripsit, non minus graues quam doctas: quæ opera in publicis bibliothecis tum legebantur. Sunt qui scribant Gelasium excommunicasse Anastasium imperatorem Constantinopolitanum Zenonis successorẽ, quod hæreticis & Acacio faueret: unde constat imperatorem errantem in fide, & monitum, si non paruierit, à pontifice Romano excommunicari posse. Eadem auctoritate usus est etiam contra Vuandilos eorūq; regem, qui Arriana infecti hæresi catholicos cruciatibus & supplicijs persequantur. Fuere etiam in primo huius pontificis tempore Germanus & Epiphanius, quoq; alter Ticinensis, alter uero Campanus epus fuit. Hi multum auctoritate & sanctitate sua Italiam à barbaris uexatã iuuere orationibus, & blanditijs barbarorũ corda molientes. Multũ præterea, tum in Gallia proficere, & Lannocius abbas Carnotensis, & Aurelianus & Mezetiarius Piceniensis uiri optimi ac docti, qui Clodoueam regem Franciæ, ac Crocildim eius uxorem eo perpulere, ut christianissimi fierent, & fidẽ catholicã

Anastasius im
perator.

ubiq; tutarentur. Sunt qui hanc laudem Remigio uiro sanctissimo ascribant. Gelasius autem posteaq; presbyteros duos & triginta, diaconos duos, episcopos septē & sexaginta creasset, moritur, ac sepelitur in basilica beati Petri apostoli. XI. calendas decembris. Sedit annis quatuor, mensib, octo, diebus decem & septem. Vacat tum sedes dies septem.

LII. pont.
Anastasio
imperator.

ANASTASIUS. II.

Olympius de
celo iactus.

Anastasio secundus, patria romanus, patre Fortunato, Anastasio imperante fuit, quo tempore Transamundus Vandalorum rex, & catholicas ecclesias claudit, & centum ac uiginti episcopos exulatum in Sardiniam mittit. Ferunt tum apud Carthaginem Olympium quendam arrianum episcopum sanctam trinitatem publice in balneis detestantem, tribus fulminibus ictum concidisse, eiusq; cadaver exultum omnino fuisse. Cumq; item Barbas quidam Arrianus episcopus, nescio quem baptizatus esset his uerbis, Baptizate Barbas in nomine patris p filium in spiritu sancto, ferunt aquam nusquam comparuisse, quo miraculo permotus, qui characterem expectabat, confestim ad nostros transijt. Anastasio uero (ur quidam scriptores referunt) Anastasium imperatorem excommunicauit, q; Acacio faueret, tamen postea ipse ab Acacio se ductus, dum eum reuocare clanculum tentat, clerum a se grauius alienauit, qui se a comunione pontificis tum maxime subtraxit: q; etiam sine catholicorum consensu Photino thessalonicensi diacono communicasset, qui tum Acacij errorem imitabatur. Hanc ob rem ferunt diuino nutu hominem subito morbo correptum interijisse. Sunt qui dicant eum in latrinam effudisse intestina, dum necessitate naturæ obtemperat. Huius temporibus Fulgentius natione Apher, Rupensis episcopus, qui in Sardiniam quoq; cū alijs catholicis Aphricæ à Transamundo exulatum missus est, nil prætermisit quod ad ueram Christi fidem pertineret docendo, prædicando, monendo. Edidit & libros de trinitate, de libero arbitrio, de regulis fidei. Scripsit & contra pelagianam hæresim. Orationes quoq; habuit ad populos elegantes quidem & graues, luuit etiam scriptis suis ecclesiam dei Egesippus uir doctissimus, qui & monachorum regulas composuit, & sancti Seueri ni abbatis eleganti stylo uitam edidit. Faustus autem apud Gallos episcopus multarum scripsit copiose & ornate, sed eius illud opus potissimum laudatur, quod contra arrianos scripsit, in quo ostendit, hoc est trinitatem essentialem esse. Scripsit & contra eos qui dicunt in creatis aliquid incorporeum esse, qua in re ostendit, tum patrum sententijs, tum diuinæ scripturæ testimonijs solum deum incorporeum dici posse, ne etiã creata incorporea dicerentur. Hæc de Anastasio & eius pontificatu, qui ex sacris ordinibus semel decembri mense in urbe habitis, presbyteros duodecim, episcopos sedecim creauit. Sepultus est autem in basilica Petri, XIII. calendas decembris. Sedit annum unū, mēfibz decem, dies quatuor & uiginti. Vacat tum sedes dies, IIII.

LIII. pont.

SYMMACHUS. I.

Rauennæ con-
cilium.

Symmachus natione Sardus, patre Fortunato, mortuo Anastasio pontifex creatur, non sine magna discordia. Nam dum pars cleri Symmachum apud basilicam Constantinianam pontificem decernit, pars altera apud basilicam Mariæ in uia noua, Laurentium in locum demortui Anastasij sufficit, seditio ingens in fenatu ac populo romano bisariam diuiso orta est, unde omnium consensu concilium Rauennæ indicitur, discussaq; re præsentē Theodorico, Symmachus tandem in pontificatu confirmatur, qui certe magna clementia usus, Laurentium competitorem Nucerinis episcopum dedit. Verum anno quarto post clericis quidam seditionibus gaudentes, adiuuantibus Festo et Probino fenatorijs ordinis uiris, Laurentium reuocant, qua ex re indignatus rex, Petrus Altini episcopum Romam mittit, qui pulso utroq; sedem teneret. Verum Symmachus habita centum, & XX. episcopos, synodo, & obiecta constanti animo diluit, & oim sententijs obtinuit, ut Laurētius & Petrus maloꝝ omniū capita relegantur. Orta autem ob hæc re tanta seditio Romæ est, ut multi tū ex clero, tum ex populo passim caderent,

nec sacris uirginibus parcerent. Opprimitur eo tumultu Gordianus presbyter, uir optimus ad uincula sancti Petri, nec finis tantæ cædis factus fuisset, ni Faustus consul clericos miseratus, contra Probium tant mali autorem arma sumpserit. Respirante deinde aliquid quantum republica christiana, Clodoueus pulsus Arrianus hæreticus, & catholicos reuoduxit, & Parisiorum ciuitatē regni caput constituit. Symmachus uero Manichæos tum ab urbe expulit, eorumq; libros ante fores constantianæ basilicæ concremauit. Basilicas uero multas, aut ornauit, aut a fundamentis erexit. Nam & templum beati Andreae apostoli apud sanctum Petrum ædificauit, multoq; argento & auro exornauit, & templum ipsius apostolorum principis ac porticum cum marmoribus opere uermiculato in augustiorem formam redegit. Gradus quoq; ipsius basilicæ ampliores fecit, aliosq; gradus sub diuo dextra læuāq; episcopia præterea construxit. Aedificauit etiam basilicam Agathæ martyris uia aurelia in fundo lardario, Basilicam sancti Pancratij cum arcu argenteo librarum quindecim. In basilica Pauli renouauit apsidam, cui ruina imminerebat, picturisq; ornauit; post apsidam uero aquam introduxit, balneumq; a fundamento erexit. In urbe autem basilicam sanctorum Syluestri & Martini a fundamentis erexit iuxta Traiani thermas, ubi & supra altare ciborium fecit argenteum librarum centum uiginti, arcus argenteos librarum decem: confessionem argenteam librarum quindecim, suggestum quoq; erexit porphyreticis & crustis marmoreis insignem. Fecit & gradus basilicæ Iohannis & Pauli post Apsidē. Auxit & basilicam archangelij Michaelis, aquaq; introduxit. Sanctorum Cosmi & Damiani oratoria a fundamentis erexit uia tiburtina in fundo Paciano, adiuuantibus Albino & Glaphyra illustribus uiris. Pauperibus quoq; ad basilicas Petri et Pauli habitacula extruxit, curauitq; ne quid eis deesset, quod ad uitium pertineret. Amator enim pauperum fuit, & episcopis ac cæteris clericis in Aphricæ & Sardinia propter catholicam fidem exulantibus pecunias & uestes libministrabat. Reparauit etiam basilicam sanctæ Felicitatis: & apsidam beatæ Hagnetis cum basilica, quæ ruinam minabantur in meliorem formam restituit. Redemit & captiuos in diuersis prouincijs multa pecunia. Constituit item ut die dominico, uel natalijs martyrum caneret hymnus, Gloria in excelsis deo. Coemiteriū quoq; Iordanorum uel fecit, uel in meliorem formam redegit. Nil postremo omisit, quod ad omnipotentis dei gloriam pertineat. Huius quoq; tempore ecclesiam dei multum iuuit Gennadius Massiliensis episcopus, qui diligens Augustini imitator, & librum de dogmatibus composuit; & quid cuiq; ad salutem necessarium esset, declarauit. Scripsit item de uiris illustribus, Hieronymum imitator. Symmachus autem creatis duobus & LXXX. presbyteris, diaconis, XVI. episcopis. CXVII. habitis de more sacris ordinibus, moriens, ad basilicam Petri sepelitur. XIII. calendas augusti. Sedit autem annis, XV. mensi, sex, diebus. XXII. uacat tum sedes dies septem.

Gordianus
presbyter.

Episcopia.

Ciborium.

Gennadius
Massiliens.
episcopus.

HORMISDA. I.

Hormisda patria Frusinonius, patre Iusto, ad Theodorici & Anastasij tempora peruenit a consulari senatoris usq; ad consularum Boetij & Symmachij, quos Theodoricus ob suspicionem affectatæ libertatis exilio primo, mox carcere afficit. In hac calamitate constitutus Boetius multa scripsit, quæ adhuc leguntur. Transiit lit & pleraq; ex Aristotele, in eademq; commētatus est. In mathematicis doctissimus est habitus, quod eius musice & arithmetice ostendunt. Postremo uero cum Symmacho fenatore Theodorici iustu necatur. Sunt autem qui scribant Boetium tantam calamitatem subiisse, quod in arrianos inueheretur, ad quos Theodoricus declinauerat, Superior sententia mihi uerior uidetur. Hormisda autem hortante Theodorico prouincialem synodum in urbe habuit, omniumq; consensu eutichianos iam antea improbatos, damnauit. Iohannem quoq; constantinopolitanum episcopum literis & nuncijs adhortatus est, ut ab eadem hæresi desisteret, crederetq; duas in CHRISTO naturas esse, diuinam & humanam. Desijt parere Iohannes Anastasij uiribus fretus, quem non ita multo post fulmine ictum dedisse poenas creditum est, tum propter hæresim quæ grauis erat, tum

LIII. pō.

Theodoricus.
impera.
Boetius.

Iustinus imp.

uel maxime, quia legatos ab Hormisda misos contra ius gentium magna effecerat conumeliar: reiectos enim a se nauis quassa & rimosa ea cōditione nauigare iussit, ut recta in Italiam redirent, nec ullum Græciæ littus attingerent. Hæc etiam eisdem mandata ad pontificem dedisse referunt, ut sciret imperatoris proprium esse imperare, & non imperata pontificis aut cuiusuis alterius accipere. Fuere autem legati, Euodius Ticinensis episcopus, Fortunarius Gatinenis, Venantius urbis Romæ presbyter, & Vitalis diaconus. Mortuo itaq; Anastasio, VII. & XX. imperij anno, Iustinus orthodoxæ fidei amator imperium accipit, ac statim nuntios ad pontificem mittit; qui & sedis apostolicæ autoritatem confirmarent, & pacem ecclesijs omnibus exquirere, quantum per religionem cōcederetur. Quare permotus Hormisda, Theodorico annuente Germanum Campanum episcopum, Iohannem & Blandum presbyteros, & Felicem ac Dioscorum diaconos legatos ad Iustinum mittit, qui eos nullo non genere honoris adhibito, effusa obuiam honoris gratia monachorum, ac magna orthodoxorum & illustrium uirorum multitudi-
ne, honorifice accepit, congratulante clero unâ cum Iohanne Constantinopolitano episcopo. At qui cum Acacio sentiebant, istorum aduētum ueriti, se in tēplo quodam munificissimò inluserunt, & nuncios habita consultatione ad imperatorem misere, asserman-
tes se nullo pacto in sententiam apostolicæ sedis uētu-ros, nisi ei reddita fuerit ratio, quâ ob rem Acacius damnatus esset, hos omnes Iustinus ex templo atq; ab urbe expulit. Idē fecit Hormisda contra Manichæos iterum in urbe Roma pullulantes, eorumq; codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio consumpsit. Eodem tempore mortuo in A-
phrica Transamundo Vuandalorum rege, Ildericus filius, quem ex captiua Valentinia ni filia susceperat, regnum obtinet. Hic non hæresim paternam imitatus, sed matris ca-
tholicæ monita securus, omnes catholicos, quos Transamundus in exilium miserat, re-
duxit, atq; eos sub instituto uiuere permisit. Dona præterea multa ac pretiosa eodem tē-
pore Romam ad ornandas basilicæ sanctorum sunt missa. Gemmas enim magnæ asti-
mationis Clodoueus rex Franciæ misit. Delata & dona tum aurea, tum argentea: Delata
ta euangelia cum tabulis aureis gemmis distinctis à Iustino imperatore uoti gratia. Mis-
sit & patenam auream librarum uiginti cum hyacinthis; Scyphum aureum gemis cir-
cundatum. Ornauit & templum beati Petri Theodoricus rex trabe argentea, M. & XL.
librarum; cerostratis argenteis duobus librarum. LXX. Certauit & Hormisda muneribus
cum his principibus. Locauit enim ante altare Constantinianæ basilicæ coronam ar-
genteam librarum uiginti, cātharos argenteos sex. Ornauit etiam templum Pauli scy-
phis argenteis decem, amīs argenteis tribus. His demum ex sententia peractis, cum et-
iam de more presbyteros unum & uiginti, episcopos quinq; & L. creasset, moritur, ac
sepelitur in basilica Petri octauo idus Augusti, consulatu Maximi. Sedit annis nouē, die-
bus octodecim. Vacat tum sedes dies sex.

LVI. pontifex.

IOHANNES J.

Iohannes natione Tuscus, patre Constantio, à consulatu Maximi usq; ad consulatū
Olibrii peruenit, Theodorici regis temporibus & Iustini Augusti, qui orthodoxæ
fidei diligentissimus obseruator, ut tandem hæreticorum nomen extingueret, Ar-
rianos expulit, eorumq; ecclesias catholicis assignauit. Quam quidem rem Theodoricus
ægreferens, Iohannem pontificem, Theodorū, duosq; Agapetos oratores ad Iustinum
mittit, qui eū adhortarent, ut Arrianos restitueret; sin secus animat⁹ esset, sciret se omnes
Italiæ ecclesias catholicas præsentim demoliturum. Magnifice & perbenigne primo
quidem excepti legati sunt: qui ubi rationem legationis exposuere, cum flectere Iusti-
num nō possent, ad lachrymas uersi ac suppliciter petentes, ut peritura Italia unâ cum
catholicis omnibus subueniret, eo tandem pium hominem perpulere, ut Arrianos resti-
tueret, atq; eos uiuere suis legibus & institutis sineret. Sunt qui scribant Theodoricum
rabie sæuendi tempore incitatum, Symmachum & Boetium reuocatos ab exilio, & care-
cere eo tempore occidisse. Vt cunq; sit, necatos Theodorici iussu constat, nec multum
refert Hormisda ne, an Iohannis temporibus ascribantur, Iohannes autē Rauennam ad

Theodoricum rediēs, in carcerem prope conicitur; ac parum affuit quin eum statim
occideret, adeo in hominem exarserat, & fide & moribus cum Iustino sentientem. Per-
ijt tamen sanctissimus homo in carcere pedore, situ, & inedia: quam quidem sæuitiam
ira diuina non ita multo post grauiore pœna compefcuit. Apoplexia enim Theodori-
cus moritur, eiusq; anima (ut quidam eremita uir sanctissimus reulit) in ignem lipares
cum immerfa est. Theodorico autem in regnum Amalasiūtha filia successit, cum gnato
Athalarico, quem ex Eucharico marito susceperat, Quæ quidē mulier supra sexum pru-
dentiā usa, & patris decreta mala præsertim emendauit, & Boetij ac Symmachi filijs bo-
na paterna in fiscum delata restituit, & filium optimis disciplinis erudiuit, aduerfanti-
bus Gotthis, & acclamantibus, non literis, sed rei militaris disciplina regem suum im-
buendum esse. Iustinus autem senex admodum eodem ferme tempore Iustiniano fo-
roris suæ filio imperatore relicto moritur, & Clodoueus Franciæ rex filijs quatuor in
regno relicto. Fuere tum in pretio & Benedictus Vrsinus, qui rationem monasticæ ui-
tæ Italici dedit, & Brigida Scoria mulier sanctissima, & Iohannes Antiochenæ ecclesiæ
presbyter, qui multa contra eos scripsit, qui in una tantum substantia Christum adoran-
dum censabant. His addidit Isidorus Cypriignium quandam episcopum Hispanum, qui
elegantem in apocalypsim scripsit, Iohannes autem pontifex, antequam Constantinopo-
lim proficisceretur, tria cœmeteria restituit: Primum fuit Nerei & Achillei uia ardeanti-
na: Secundum sanctorum martyrum Felicis & Audacis: Tertium Priscillæ. Ornauit etiā
altare sancti Petri gemmis & auro. Detulit & secum Iustini imperatoris munere pate-
nam auream librarum uiginti, calicem aureum cum gemmis librarum quinq; quæ dona unâ
secum perisse arbitror. Creauit etiam habitis de more sacris ordinibus episcopos. XV.
Ferunt corpus uiri sanctissimi Rauenna ad urbem delatum, sepultumq; in basilica Petri
VI. calendis Iunij Olibrii consule. Sedit autem annis duobus, mensibus octo, Vacat tum
sedes dies octo & quinquaginta.

FELIX IIII.

LVII. pontif.

Felix quartus natione Samius, patre Castorio, Iustiniāni tempora attigit, qui Bel-
lisario duce in prælijs usus, de Persis & Vuadalis triumphat, quorum gentem in
Aphricam traiciens idem dux præstantis animi & singularis uirtutis superauit,
ac prope deleuit, capto eorum rege Gelismero, & in triumphum ducto. Amalasiūtha
uero seditioibus Gothorum diu uexata, mortuo filio Athalarico, quo cum moleste ui-
xit, Theodatum consobrinum suum regni consortem fecit. Erat autem Theodatus ita
Græcis & Latinis literis edoctus, ut & temporum suorum historiam eleganter scripse-
rit, & platoniam disciplinam optime calluerit; segnis tamen ad res agendas habebatur.
Verum hortante Amalasiūtha Burgundiones & Alemannos felicibus prælijs supera-
uit. Felix autem rei diuinæ interim curam gerens, & patriarcham Constantinopolita-
num declinantem à fide anathemate notauit, & sanctorum Cosmi & Damiani templa,
quæ adhuc extant in urbe uia sacra apud forum Romanum ædificauit, quod carmē uer-
miculato opere notatum adhuc indicat. Basilicam quoq; sancti Saturnini uia salaria in-
cendio consumptam, restituit. Sunt qui scribant Cassiodorum hac ætate fuisse, qui & se-
nator de regenda repub. multa conscripsit; & monachus hystoriam elegantem ora-
tione ac stylo edidit. Ferunt etiam Priscianum Cæsariensem grammaticum insignem li-
brum suum grammatices tum cōposuisse. Arator quoq; urbis Romæ subdiaconus uer-
sibus hexametris euangelia conscripsit. Laudatur & Iustinianus Valentinæ ecclesiæ epi-
scopus: multa enim predicauit & scripsit ad doctrinam Christianam pertinentia. At Fe-
lix habitis de more sacris ordinibus, ubi presbyteros quinq; & quinquaginta creasset,
diaconos quatuor, episcopos nouem & uiginti, moritur, ac in basilica Petri sepelitur
quarto idus octobris. Annis quatuor sedit, mensibus duobus, diebus tredecim, Vacat tum
sedes dies tres.

Iustinianus.

Theodatus.

Cassiodorus.

Priscianus
grammaticus.

manum inuaserant imperium. Huius autem mulieris interitum Iustinianus ita ægrotu-
lit, ut bellū Theodato se illaturū minaret. Agapetus itaq; eō missus, ac benigne et honori-
fice susceptus, cū pacē impetrasset ab impatore, tentat ut eutichianā opinionē cōfirmā-
ret. Verū cū Iustinian⁹ ab eare hoīem sanctissimū abhorrere cerneret, precib⁹ minas ad-
dit. Tū Agapet⁹, ego, inq̄t, ad Iustinianū christianiissimū principē loquere optauī, sed Dio-
cletianū inueni, quē Christianoꝝ hostē fuisse cōstat. Hac liberare loquēdī & dei nuri Iu-
stinianus permotus, & fidem catholicam amplexus est, & pulso Anthemio constantino-
politano episcopo, qui eutichianam hærēsim tuebatur, Menam catholicum in eius lo-
cum suffecit Agapeto consecrante, qui haud ita multo post Constantinopoli moritur, cu-
ius corpus loculis plumbis clusum Romam defertur, ac in basilica Petri sepelitur. Sedit
autem mensibus undecim, diebus undeuginti, Vacat tum sedes mensem unum, diebus
nouem & uiginti.

SILVERIVS. .I.

LXI. pontif.

Siluerius natione campanus, patre Hormisda episcopo, Theodato iubente ponti-
fex creatur, cum antea non regum, sed imperatorum autoritas interueniret. Plus
autem ualere Theodati minā q̄ decreti ratio. Mortem enim his clericis minatus
est, qui nomina sua non subscriberent in creatione Siluerij. Hanc ob rem, & ut etiā Ama-
lasintha necem ulcisceretur Iustinianus, Bellisarium patricium cum exercitu in Itali-
am mittit. Navigans hic primo Siciliam attingit, eamq; in fide imperatoris retinuit. In-
terim uero mortuo Theodato, cum Gotthi regem contra uoluntatem Iustiniani creas-
sent, Bellisarius ē Sicilia mouens Italiam à tyrannide Gotthorum liberaturus, in Cam-
paniam ueniens, Neapolim mandata imperatoris nequaquam facientem uī capiens ac
diripiens, Gotthos omnes qui in praesidio erant, ac magnam partem ciuium interfe-
cit, abactis inde uirginibus ac pueris cum omni praeda. In tanto autem belli furore &
templā spoliata, & uirgines sacras uiolatas fuisse constat. Inde uero Romam cum exerci-
tu properans, noctu urbem ingressus, tantum terroris Gotthis, qui in praesidio erant in-
cussit, ut omnes relictis portis ac mœnibus Rauennam confugerint. Bellisarius autem
superuenturus Vitigim cum ingenti exercitu ratus, cui aperto mare nequaq; par esse
se posset, moenia urbis pro tempore uallo ac fossa ubi opus esse uidebatur quam celerrime
muniuit. Superueniente deinde Vitigi cum ingenti exercitu, ad centum nāq; milia
hominum secum duxisse ferrum, continere se mœnibus Bellisarius cōtētus fuit, cum nō
amplius quinq; milibus hominum secum duxisset. Castra inter duos aquæ ductus locat
Vitigis, quo munitiora sint: quorum alter ad latinam uiam, alter uero ad pranestina uer-
git, seq; inuicem iungunt quinto ab urbe milliario; & ne aqua urbem Romam influeret,
omnes aquæ ductus, quos ad quatuordecim fuisse constat, intercisi sunt. Portum quoque
Vitigis cum parte copiarum occupat, qua ex te magna calamitas Romanis illata est, cū
& bello simul & fame laboratum sit. Interea uero instigante Vigilio diacono ciue roma-
no & apocrifario Theodora Augusta Siluerio imperat, additis etiā minis, ut pulso Men-
na ab urbe Constantinopoli Anthemum reuocet, quem diximus ob eutichianam hærē-
sim damnatum esse. Id autem cum facere pontifex recusaret, scribit ad Bellisarium mu-
lier, ut pulso Siluerio in eius locum Vigilius sufficiat, Bellisarius autem rei bellicæ in-
tentus, rem Antoninæ, uxori suæ committit, quæ quidem subornatis à Vigilio testibus,
qui affirmarent Siluerium urbem Romam Gotthis hostibus prodere uoluisse, hominē
coegit abdicare se pontificatus: ac posito pallio cucullam monasticam sumere, qui in Pon-
tiam insulam in exilium missus, non sine opinione sanctitatis moritur. Ferit Gallos hoc
tempore nuncijs & literis Benedictum rogasse, ut unum aliquem ex discipulis suis ad se
mitteret, qui Gallos monasticam uitam edoceret. Quare Benedictus Maurum eō misit,
qui omnibus uita & moribus rationem bene ac beate uiuendi dedit; quicq; etiā multa mo-
nasteria constituit. Vigilius autem clericis romanis ex Antoninæ sententia ita petentib⁹
pontifex creatur. At uero Siluerius ubi annum unum, menses quinq; dies duodecim in
pontificatu uixisset, ut dixi, in insula Pontia mori, ac sepelitur duodecimo calendis iu-
lii. Vacat tum quidē episcopatus dies sex.

Vigilius pontifex creatur.

PLATINA DE VITIS
BONIFACIUS .II.

LVIII. pontif.

Iustiniani co-
dex.

Bonifacius secundus, patria Romanus, patre Sigismundo, Iustiniano imperante
fuit. Quem quidem imperatorem tanti cōstat ingenij, tantāq; doctrinæ fuisse,
ut mirum non sit, si leges Romanas sparsas & incompotas in ordinem ad uti-
litate hominū redegerit, eaq; absiderit quæ supuacanea & inutilia uidebant. Hac ra-
men in re, consilio & opera Iohannis Patricij Tribuniani, Theophili, Dorothei usus est,
qui tum doctrina & autoritate insignes habebantur. Immensum namq; illud librōꝝ pe-
lagus (ad duo enim ferē milia librōꝝ fuisse cōstat) coaceruatis simul ab urbe condita us-
q; ad hæc tempora tot iudicijs in quinquaginta libros titulati digestit, quos nunc Dia-
gesta, nunc Pandecta appellant; quod oēm ciuilem doctrinam cōtineant. Idem quoq; le-
gum Epitomē fecit librōꝝ quatuor. Has autem leges institutiones uocat. Dicimus etiā
Iustiniani codicem & uolument esse. Sunt præterea qui dicant Iustinianum ipsum libros
de incarnatione domini eleganter scripsisse, templumq; in honorem dei patris (nam fi-
lius sapientia patris est) sanctæ Sophiæ, quo nullum est in orbe maius, sua impēta, suoq;
iussu ædificatum. Huius itaq; tempore Bonifacius pontifex creatur non sine contentio-
ne tamen; nam & Dioscorus diuiso bifariam clero in demortui Felicis locum subrogat.
Exagitatus autē clerus hac seditione diebus octo & uiginti, morte Dioscori à tanta per-
turbatione tandem liberatur; unde Bonifacius ad confirmandam ecclesiam conuersus,
instituit ne quispiam sibi in episcopatu successorem deligeret, quod postea multi ponti-
fices confirmarunt. Instituit item ut in demortui locum alter pontifex, si fieri posset, ter-
tia die sufficeret, ne dilatio seditionem faceret. Diuisit & populum à clero dum celebra-
ret. Hoc eodē tempore multi ex Romana nobilitate Benedicti sanctitate mori, in mon-
tem Cassinum peruenere religionis gratia; inter quos Maurus quidem ac Placidus insi-
genes habentur. Laudat & Dionysius abbas, qui tum Romæ paschæ calculum mira rōne
cōposuit. Facundi quoq; scripta contra Eutichianos quosdā tū pullulantes laudantur.
Martinus præterea gentem Suesionē prædicatione & scriptis ab Arriana hærēsi ad no-
stros traduxit. At Bonifacius cum in pontificatu sedisset annis duobus, diebus duobus,
moritur, & in basilica Petri sepelitur. Sedes autē mensibus duobus tum uacat.

IOHANNES .II.

LXX. pontif.

Iohannes secundus, patria Romanus, patre Proiecto ex Coelio monte, Iustiniani tē-
pore fuit; qui statim ubi pontificatum inijt, Anthimum episcopum damnauit, quod
in Arrianam hærēsim declinasset. Sunt qui scribant hunc ep̄m Constantinopolita-
num fuisse. Iustinianus uero sedem Romanam ueneraturus, Hyppatum & Demetrium
episcopos Romam cum muneribus mittit, qui & Romanum pontificem suo nomine sa-
lutarent, & munera hæc beati Petri templo offerrent, scyphum aureum circumdatū gem-
mis librāꝝ sex, scyphos argenteos duos librarum duodecim, calices argēteos duos libra-
rum quindecim. Interim uero dum hæc dona misisset, Mūdus exercitus Iustiniani dux
Salonas urbem munitissimam capit, ac Gotthos prælio uincit non inuenta uictoria.
Vnā enim cum filio egregie uirtutis adolescente Mundus eo prælio occiditur, quo ni-
hil potuit Iustiniano molestius nuntiari, tanti faciebat hominis uirtutem & fidem. Iohā-
nes autem pontifex, de quo pauca admodum scribunt historici moritur, ubi ex sacris or-
dinib⁹ semel habitis, presbyteros quindecim, episcopos unum & uiginti creasset, sepel-
turq; in basilica Petri sexto calendis iuni. Sedit annis duobus, mensibus quatuor, Vacat
tum sedes dies sex.

AGAPETVS .I.

LXXI. pontif.

Amalasintha.

Agapetus patria Romanus, patre Gordiano presbytero ecclesiæ sanctorum Ioa-
hannis & Pauli pontifex creatus à Theodato, statim ad Iustinianum mittitur, et
inensum quod Amalasintham Athalarici matrem in insula lacus Volturni
relegauerat interficij iusserat. Erat enim hæc scemina ita græcis & latinis literis im-
buta, ut cum quouis docto disputando congrēdi auderet. Præterea uero ita linguas bar-
barorum omnium callebat, ut sine interprete cum his omnibus loqueretur, qui tum Ro-

Synodus Con-
stantinopolita-
na.

Vigilius patria Romanus, patre consule, imperante Iustiano, pontifex creatur, cuius temporibus Constantinopoli quinta synodus habita est contra Theodororum & omnes hæreticos, qui affirmabāt beatissimam uirginem solum hominem, non etiam deum & hominem peperisse; qua quidem in synodo statutum est, ut beata uirgo *θεοτόκος* diceretur, quod deum suo partu nobis edidisset. Interim uero Bellisarius auctis copijs, cum per annum integrum & dies nouem moenia urbis turtatus esset, egredi constituit, & collatis signis cum Vitige decernere. Is autem copijs suis diffidens, incensis castris, Rauennam magnis itineribus proficiscitur. Eo & Bellisarius pro pere mouet, ac Vitigim in urbe captum cum omni familia & magna procerum parte, recuperataq; fere tota Italia Constantinopolim secū ducit, quinto anno postea q̄ in Italiam uenerat, Idem quoq; Mauros Africam uastantes, mira celeritate perdomuit, de quæ hostium manubijs crucem auream gemmis distinctam librarum centum, cerofratri duo magni pretij Petro apostolorum principi dono misit. Duo item xenodochia, quæ nos domos hospitales appellamus, sua impelsa Romæ ædificat; quorum alterum in uia lata, alterum uia flamminea extabat. Condidit et monasterium sancti Iuuenalis apud Ortam urbem, additis fundis unde monachi pascerentur. Instabat tum Theodora, ut Vigilius pontifex Constantinopolim proficisceretur, Anthemumq; ut pollicitus fuerat restitueret. Negat Vigilius se id facturum, quod malis promissis standum non sit. Censere enim se quæ Agapetus & Siluerius contra Anthemum hæreticum egissent, iure facta esse; & propterea eorum acta nullo modo sibi rescindenda uideri. Irata Theodora Romanis quibusdam adiuuantibus, Vigilium in iudicium uocat; & quod eius fraudibus Siluerius circumuentus exulatum abierit; & quod ipso iubente adolefens quidam a nepote Vigilio Asterij consulis filio casus ad necem sit, At uero ne iudicij poenam Vigilium refugeret, Anthemum quendam cum his mandatis Romam mittit, ut Vigilium parere reculantem ad se ui etiam perduceret. Is uero Romam ueniens, mandata facturum, in basilica sanctæ Cæciliæ hominem comprehendit, munera populo ob diem natalem suum distribuentem more Romano, ac captum quibusdam Romanis adiuuantibus Constantinopolim perducit. Ferunt Vigilium nauim per Tiberim deuectum, fustibus & saxis cū execratione à populo impetiturum; cumq; hac exprobratione, male meritis de Romanis es, mala omnia tecum ueniant. In Siciliam uero perueniens concedentibus his qui captum ducebāt, quosdam ad sacros ordines asciiuit, ex hisq; Ampliatum presbyterum, & Valentinum episcopum, qui clerum & Romanam ecclesiam interim gubernarent. Ei uero è Sicilia Constantinopolim mouenti, Iustianus cum magno comitatu fit obuiam. Ingrediuntur urbem clero præcedente, usq; ad templum sanctæ Sophiæ. Tentare tum Theodora Vigilium, ut quod pollicitus erat præstaret. Cui ille, malle se quod uis supplicium pati respondit, quam sententiam mutare; & cum mulier & qui secum aderant minis instarent, ad Diocletianum se, non ad Iustianum quemadmodum arbitrabatur uenisse dicens, ita casus est, ut paulū abfuerit, quin tum occideretur. Fugiens itaque in templum sanctæ Euphemie, quod haud procul aberat, inde à crassatoribus trahitur, & iniecto in collum eius fune tanquam latro per totam urbem usque ad uesperam trahitur. Deinde uero carceri inclusus, pane & aqua tantummodo aliquamdiu uitam duxit ita patienter & æquo animo, ut semper diceret se etiam peiora meritum, si digna pro peccatis poena irrogaret. Clerici autem qui hominem secuti fuerant, partim in exilium, partim ad excidenda metalla deportati sunt. Verum postea rogantibus Romanis omnibus, qui iam sententiam mutauerant, & instante Narsete, quæ Iustianus contra Gothos Romam miserat, Vigilium ac exules omnes in patriam remittuntur. At uero cum Syracusas in Siciliam peruenissent, Vigilium quem tot mala, tot curæ occidere non poterant, ex calculo moritur, eiusq; corpus Romæ deferitur; & apud sanctū Marcellum uia salaria sepelitur. Vixit autē in pontificatu cū Romæ tū alibi annis, XVII. menses sex, dies sex &, XX. Vacat tum sedes eius morte mensibus tribus, diebus quinque,

Pelagius primus, patria Romanus, patre Iohāne uicario, eo tempore fuit, quo Totila Gothorum rex Taruisio mouit cum magno exercitu Italiam inuadens ac diripiens, adeo ut propter saeuitiam & rabiem flagellum dei uocatus sit, perueniens deinde ad montem Cassinarem in Campaniam iturus, gregarij militis habitu à Benedicto uiro sanctissimo dignoscitur; & minis deterreretur, ne tantopere in Christianos sauiat. Inde uero mouens, in Samnium proficiscitur, Beneuentum oppugnat, urbis moenia demolitur, Neapolim obsidet, Cumas recipit, & magna benignitate ac modestia usus, plerasque matronas Romanas ibi captas Romam ad suos intactas remittit. Capta deinde Neapoli atq; occupata omni illa Italiae parte, quæ ad Siciliam uergit in Romanos mouet; quos quidem occupato prius portu, unde subuehi commeatus poterant, tam acri obsidione pressit, ut inopia rerum, humana quidam uelcerentur carne. Tandem uero Totila per hostiensem portam ui irrumpens urbem capit, ac direptam incendit. Sunt tamen qui scribant ei in animo fuisse urbem seruare, misisseq; noctu præcones per urbem qui militibus mandarent, ut urbi parcerent. Hoc uero ubi Iustianus comperit, Narsetem eunuchum cum magno exercitu in Italiam prope mittit. Narsetes enim ut nonnulli scribunt, primo quidem bibliopola fuit. Hunc cum in cubiculum suum accepisset imperator, cognita hominis uirtute, eum in ordinem patriciatu asciiuit. Pietatis enim, religionis, misericordiæ, munificentie, gratiæ postremo unicum exemplar tum omnibus erat. Is igitur acceptis etiam auxiliaribus copijs ab Alboino Longobardorum rege Gothos inuadit, obruncat, persequitur. Nam & Totila apud Bryxellum male pugnant occiditur, & Theias in eius locū successus, non longe à Nuceria fortiter pugnant, uirtute Narsetis opprimitur. Atq; ita secundo & septuagesimo anno post eaqum Theodoricus eorum rex primo Italiam ingressus est, Gothorum nomen cum regno interijt. Iustianus quoque non ita multo post quadragesimo imperij sui anno moritur, uir quidem memoria dignus, cum merito suo Alemannicus, Gothicus, Vuandalicus, Perficus, Africanus, more ueterum imperatorum appellari posset, licet aliorum opera & suo cōsilio hæc gesta sunt. Pelagius autem ecclesiam dei in tantis perturbationibus non deserens, constituit ut hæretici & schismatici coerceri etiam seculari manu possent, quando ad sanitatem rationibus non deducerentur. Hic autem accusatus quod malorum Vigilij causa fuisset, cum Iustianus eum Vigilio præferret uidentem populo & clero crucem tangens, & euangelium iureiurando suscepto, se à tanto crimine purgat. Inde Narsetes ad urbem ueniens, supplicationes pro rebus bene gestis à sancto Pancratio usque ad sanctum Petrum celebrat, urbem quæ à Gothis liberatam, quoad fieri potest inaurat, Vnā uero cū Pelagio instituit, ne ullus ambitioe uel pretio ad quosuis sacros ordines admittatur. Vigilium præterea Valentinum notarium suum uirū probatæ fidei & religionis thesauris ecclesiæ præficiens, basilicam apostolorum Iacobi & Philippi inchoat. Sunt qui scribāt Cassiodorum monachum uirum doctissimum usque ad tempora Pelagij peruenisse, qui primum consul, inde senator factus, postremo monasticam uitam spreis rebus omnibus complexus est. Aiunt & Victorem Campanum episcopum librum phasæ tum composuisse, quo potissimum Dionysium abbatem Romanum inscitia arguit, qui paschalem calculum inepte nimium composuisset. Ornauerunt etiam Pelagij tempora sanctitate & doctrina Sabinus Canusinus, Gregorius Linguonensis, Bedastus beati Remigij discipulus, & Attrebatum episcopus. Herculanus uero Perusinus antistes à Totila interemptus, in sanctos referitur. Pelagius autem undecimo sui pontificatus anno, mense decimo, die octauo & uigesimo moritur, & in basilica Petri sepelitur; ubi ex sacris ordinibus bis mense decembris habitis, presbyteros sex & uiginti, diaconos undecim, episcopos undequadragesima creasset. Vacat tum sedes mensibus tribus, diebus sex & uiginti.

IOHANNES .III.

f ij

Totila Gotho-
rum rex.Narsetes mitti-
tur.

Alboinus.

Victor Cam-
panus.

LXIII. pōit.

Iustinus Iusti-
niano successit

Iohannes tertius, patre Anastasio ex illustri gñe orto, Iustini temporibus fuit, qui Iustiniano successit, cuius certe nulla in re similis fuit. Auarus enim, improbus, rapax, deorum atq; hominum contemptor habitus est. Hanc ob rem, cum totus auaritiæ & cupiditati inhæreret, libidine habēdi in insaniam uertitur, cuius uxor Sophia imperiū usq; ad Tiberij secundū tempora gubernauit: hæc autem mulier instigantibus quibusdam delatoribus, qui Narserem oderāt, hominem ab Italia ad se cum ignominia uerborum reuocat, uidelicet ut eunuchus ad lanam & pēsa rediret. Ferēs id iniquo animo, ut par erat, Narfes, respōdet se talem orfuri telā, quæ inextricabiles errores amulis atq; inimicis suis præstaret, quod etiam fecit. Alboinū nāq; Longobardorū regē cum omnibus copijs ē Pannonia in Italiam ad capeffendas sedes huberiores quā quas in Pannonia occupauerant, literis & nuncijs accersit. Obtemperās itaq; Narferis monitis Alboinus Italiam per Syrmium ingressus cum coniugibus et liberis, cūq; exercitu lectissimo, primo quidem omnem Venetiam occupat, inde Insubriam ingressus, Mediolanum uicāpit ac diripit. Papiam triennio obfessam in potestatem suam tandem redigit. Hac autem uictoria lætus Alboinus Veronā se cōtulit, quā regni totius sedem constituerat. Ibi uero conuiuio exhilaratus Rhoſimundam uxorem ea patena bibere compellit, quā ex patris ipsius mulieris capite à se occisi in poculum redegerat. Erat autem in exercitu Alboini, Nelmelchidis Longobardus adolescens forma insignis, & nobilitate atq; armis præstantissimus, cuius consuetudine Rhoſimunda quidem delectabatur; quemq; in cubiculum secreto ducens proposita regni spe, Alboinum obruncare compulit. Verum cum aduersantibus Longobardis de spe regni decidissent ambo ad Longinum, qui tum Raueennā præerat confugeret. Nec ita multo pōst seipsos inuicem ueneno petentes diem extremum claudunt. Multas clades tum passa Italia est irrupentibus prouinciam barbaris, quas quidem portendere prodigia illa tempestate uisa, & igneæ acies in cælo apparentes: ita etiam in immensum Tiberis creuit, ut inundatione sua populo Romano magnas calamitates intulerit. Interim uero Iohannes pontifex & sanctorum cœmeteria restituit, & Iacobi ac Philippi ecclesiam à Vigilio inchoatam perfecit. Et Narserem Romanis non dissimulante iratum, quod de se male opinarentur, idq; ad Sophiam scripsissent, ē Neapoli ad urbem ducit; ubi haud ita multo pōst Narfes moritur, cuius corpus loculis impositum Constantinopolim deferretur. Actum tum demum de nomine Italico putassem in tanta rerum perturbatione, nisi sanctissimi uiri perituræ prouinciæ succurrissent. Nam & Paulus patriarcha Aquileiensis, & Felix episcopus Taruisinus Alboinum ubi Italiam attingit, mitiorem ciuibus suis & prouinciæ reddidere. Et Fortunatus uir singularis literaturæ & eloquentiæ Gallos ad mitiorem cultum redegit scriptis & exemplo. Ad Sigibertum enim eorum regem libellum de gubernando regno perscripsit, ac beati Martini uitam eleganter composuit. Sunt qui scribant Germanum Parisiensem episcopum, uirum quidem sanctissimum hoc tempore fuisse, qui Franciæ reges semper in officio continuit; & adeo quidem, ut inter se certatum religione, pietate, gratia, humanitate sit. Nil enim in Germano cernebant, quod ipsi non imitarentur, tantum ualent boni pastoris exempla, Iohannes autem cuius temporibus Armenij fidem CHRISTI receperit moritur, ac in basilica Petri sepelitur pontificatus sui anno duodecimo, mense undecimo, die sexto & uigesimo. Vacat tum sedes eius morte mēſibus decem, diebus tribus.

Paulus patri-
archa.Pastoris boni
exempla.

LXV. pōit.

BENEDICTVS .I.

Benedictus patria Romanus, patre Bonifacio, Tiberij secundū temporibus fuit, quem quidem Iustinus per adoptionem in filium & regni hæredem suscepit, ac merito certe cum in homine ea ornamenta essent, quæ in optimo principe requiruntur, clementia, iustitia, pietas, religio, sapientia, constantia & perpetua fortitudo. Verum inter alias eius uirtutes benignus & liberalis in omnes, potissimum uero erga pauperes habitus est, & ob eam rem dominus largas opes ei subministravit. Nam dū semel per ædes suas contentius inambularet, cerneretq; in pauimento marmo-

reā crucē, eā religiōis causa, ne pedibus conculcaret auferri iussit, melioriq; loco atq; honestiore reponi. Post hæc uero una atq; altera inuēta est; sub qua tantā uim auri & argenti reperit, quantā hois beneficentiā regerebat; cuius qdem magnā partē pauperibus erogauit. Ferunt etiā Narferis thesauros ad eū ex Italia delatos fuisse, quibus cōſtatis ad munificentiam & liberalitatem usus est. Ad Sigibertum, namq; Francorum regem qui se per legatos inuaserat, cum reliquis muneribus, quæ magna fuere, aureos etiam quinquaginta singularum librarum misit; quorum pars una imagine principis signata erat his literis, Tiberij Constantini perpetuo Augusti. Altera uero pars quadrigam continebat cum ascensore; atq; his literis, Romanorum Gloria. Et ne quid ad integram eius felicitatem deesset, exercitus quem in Persas miserat, uictor rediens tantam prædam cum elephantibus uiginti auexit, quantam nullus unquam antea. Hoc requirebant eius merita erga genus humanum: hoc religio in deum saluatorem nostrum; hoc postremo eius beneficentia erga populum Romanum, quem & armis quoad fieri potuit ab hostibus tutatus est; & immissio ex Aegypto frumento à seuiſſima fame liberauit, interuenientibus Bonifacii pontificis precibus: quem Tiberius mirum in modum dilexit & obseruauit. Adeo enim Longobardi longe & late Italiam uexauerunt diuino bello, ut ex illa uastatione rerum omnium caritas & inopia oriretur. Dum hæc in Italia agerentur, Iohannes Constantinopolitanae urbis episcopus, orientalem ecclesiam quoad fieri potuit in fide continuit, legendo, disputando, scribendo, monēdo, docendo, licet multos aduersarios habuisset. Idē quoq; fecit Leander Tolertanus; uel (ut quidā uolunt) Hispanensis episcopus, in quo doctrina & eloquentia pari lance certabant. Multa enim composuit, tum ad confirmationem nostri dogmatis, tum ad confutationem Arrianae perfidiæ, quam tanq̄ teterimā labem Vuandali ex Africa in Hispaniā à Bellisario pulsi secū detulerant. Benedictus autē (ut quidā scribūt) sollicitudine & dolore, quē in calamitatibus urbis Romæ & prouinciæ Italiae conceperat, morif quarto pontificatus sui anno, mense uno, & diebus octo & uiginti. Vacat tum sedes mēſibus duobus & diebus decem.

PELAGIVS .II.

Pelagius secundus, patria Romanus, patre Vingeldo, à Tiberio ad imperatorem Mauritium Tiberij generum peruenit. Huic enim & si Cappadox erat, imperium tamen ob uirtutem & strenuitatem in rebus agendis commissum est. At uero Longobardi, cum post mortem Alboini uiginti annis sub ducibus fuissent, Autharim regem sibi creant; quem & Flauium appellant; quo quidem cognomēto omnes Longobardorum reges deinceps usi sunt. Mauritius autem pellere Italia Longobardos conatus, Sigibertum Francorum regem mercede ad id bellum sollicitat, qui statim comparato Galloꝝ & Germanoꝝ magno exercitu, cū Authari decertans, magno accepto incommodo superatur. Hac autem elati uictoria Longobardi usq; ad fretum Siculū peruenere, urbes Italiae in potestatem suam redigētes, quo minus uero urbe Roma diu obfessa potirentur, fecere imbres, & quidem frequentes; quibus hostes à mœnibus propelluntur. Tanta enim tum aquarum inundatio fuit, ut Noe diluuium renouatum crederetur. Hæc autem una fuit causa, quare Pelagius iniussu principis tum pontifex creatus sit, cum extra obfessam ab hoste urbem mitti quispiam non posset. Nil enim tum à clero in eligendo pontifice actum erat, nisi eius electionem imperator approbasset. Missus itaq; Constantinopolim ad placandum imperatorem Gregorius diaconus uir optimus atq; doctissimus, ubi ex sententiā pontificis omnia peregrisset, nequaquam orio & ingenio suo abusus, & libros moralium in lob composuit, & Eutrichium quandam Constantinopolitanae urbis episcopum ita præſente Augusto disputationibus cōuicit, ut omnia quæ in libro suo de resurrectione conscripserat, retractare coactus sit. Dicebat enim corpus nostrum in illa resurrectionis gloria uento aereq; subtilius futurum, & ob eam rem tangi non posse. Quod contra illud dominicum est, palpare & uidete, quia spiritus carnis ossa non habet, quemadmodum me uidetis habere. Pelagius autem ubi Gregorium rogatu populi Romani ad urbem reuocasset, & domum paternam in xenodo-

Leander To-
leranus.

LXVI. pōit.

Mauritius Ti-
berij gener.Aquarū inun-
datio.

chion pauperum senum redegeisset, Hermetisq; martyris cœmiterium ac basilicam Laurēti martyris à fundamentis extruxisset, pestilentia moritur: quæ tum maxime Europā omnē uexabat, anno pontificatus sui. X. mense secūdo, die decimo. Sepultus est autē in ecclesia beati Petri in uaticano. Vacat tum sedes mēsis sex, dies octo & uiginti.

GREGORIUS I.

Gregorius patris Romanus, patre Gordiano, uiro senatorio, uno omnium cōsensu inuitus etiam pontifex creat, anno domini. DC. ac. XIX. Monachus natus que erat, ac leuita. Is autem cum principis cōsensus requireretur (ut antea dixi) nuncios cum literis miserat, qui Mauritiū obsecrarent, ne pateretur electionē cleri & populi Romani ea in re ualere, Interceptæ sunt literæ à p̄fecto urbis, ac discerp̄tæ, scriptæq; aliæ, quibus rogabatur, ut quem populus ac clerus in pontificem legisset, eundem imperator confirmaret, quo nihil ei nunciari iucundius ac gratius potuit, cum seculi familiariter, dum Constantinopoli erat Gregorius uiuisset, filiumq; eius è fonte baptisimatis leuasset. Remittit itaq; Mauritiū nuncios, ac quidem prope qui Gregoriū cōfirmarent, coegerentq; hominem sanctissimum pontificatus gubernacula in tāta perturbatione rerum suscipere. Is itaq; non sibi p̄p̄si, sed utilitati hominum, ac honorī diuino cōsulens, quem certe ob religionem & pietatem rebus omnibus semper antulerat, sp̄retis opibus, posthabitis uoluptatibus, atq; omni ambitione & potentia. Gubernacula rei publicæ Christianæ suscipiens, ita uiuit, ut usq; ad tempora nostra neminem ex successoribus parem habuerit, nedum superiorem uel sanctitate uitæ, uel diligentia in rebus agendis, uel doctrina & scriptis. Nam & librum de sacramentis composuit, & anti-phonarium tam diurnum quam nocturnum, & commentarios in Ezechielē, in quadraginta euangelia: in Iob quoq; (ut dixi) allegorice, ad mores & historiam respiciens, elegantē scripsit. Edidit & libros quatuor in dialogo: et librum quem pastorem appellauit, ad Iohannem episcopum Rauennatem de ratione gubernandæ ecclesiæ. Instituit p̄terea ne quid ornatus & concentus inter sacrificandum deesset, ut antiphonæ canerentur: hæc uulgo introitus uocant. Eius quoq; inuentum est, ut nouies kirie eleyson caneretur, & alleluia, interpositis septuagesimæ diebus usq; ad pascha. Cantat etiā post euangeliū, post communionem suo mandato. Idem quoq; in canonem redegit, diesq; nostros in tua pace disponas. Præterea uero supplicatōes maiores, quas Græci letanias uocant, primus instituit, Stationum quoq; magnam partem, maxime autem quæ in basilicâ Petri habentur, die natali Iesu Christi, in epiphania, in dominica passione, in albis paschæ, in ascensione, in p̄tecoste, natalibus apostolorum, in tertia dominica aduentus, in dedicatione eiusdem basilicæ, die festo sancti Andree, in cathedra Petri, dum maior letania fit in sabbato quatuor temporū. Quid plura de hoc sanctissimo uiro commemoremus cum omnis institutio ecclesiasticæ officij, ueteris præsertim ab eo sit inuenta & approbata: quem quidem ordinē utinam sequeremur. Non abhorrerent hodie à lectione officij uiri docti, quem admodum faciunt propter barbariem (nescio quam) illi latinitati & cōpositioni additam. Ne uero ulla in re uir sanctissimus ecclesiæ deesset, synodum habuit apud sanctum Petrum quatuor & uiginti episcoporum, quæ certe multa sustulit quæ nouicitura, multa etiam addidit quæ profutura fidei nostræ uidebantur. Misit & uiros optimos in Britanniam, Augustinum, Melitum, & Iohannem, cumiq; his monachos quosdā probatissimæ uitæ: quorum monitis & prædicationibus fidei nostræ dogma Angli tum primum integre receperunt. Rediere etiam Gotthi Gregorij opera ad unionem catholicæ fidei. Sunt præterea qui scribant Gregorium dialogum suum de moribus ad Theodandam Longobardorum reginam misisse, cuius lectione præferocem & indomitum uiri sui Antharis animum ad religionem & mitiorem cultum redigeret. Erat em̄ matrona in signis, & fidei Christianæ studiosissima. Nam & basilicam beati Iohannis baptistæ Modocetæ ædificauit, q̄ oppidum decē millibus passuū à Mediolano distat: & eandē ecclesiam prædij ac uasis aureis ornauit. Ferunt eo tpe, quo Hermichildus à patre Leuigildo Gothorū rege interfectus est, q̄ fidem catholicam confiteret, Iesu Christi tunica

LXVI. p̄t.

Mauritius imperator.

Forte quatuor.

Angli, Gotthi receperunt fidem.

quæ sorte unū militum obtigerat, inuētam esse apud urbē Zaphat in arca marmorea eo loci repositam, Thomæ Hierosolymitani episcopi, & Iohannis Constantinopolitani, ac Gregorij Antiocheni tpe. Interea uero Mauritius sup̄atis in Hetruria & Campania hæxarcho Romano duce, Longobardis in omnia uitia & omnem arrogantiam p̄p̄sis, legem tulit, ut qui Romana militiæ ascriptus esset, nisi finita militia, aut mancus & debilis ex uulnere factus, deo militare nō posset. Hanc ob rē motus Gregorius hominē admonet, ne eius religionem impugnet: cuius benignitate ex infima sorte hominū ad summū gradū dignitatis puenerat. Præterea uero cū Iohannes Constantinopolitanus ep̄sus habita Græcorū synodo seipsum œcumenicū, id est, uniuersalem patriarcham creasset, monuit seculū Gregoriū Mauritius, ut Iohanni obtēperaret. Respondit hō constātis ingenij, & si dei potestate ligandi & soluendi Petro traditū, eiusq; successoribus, non ep̄s Constantinopolitanis: proinde desineret irā dei in se concitare, dū seditiones studiose nimis in eip̄ ecclesia ferit. Nequaquā uero his malis contentus Mauritius, reuocatis militibus suis qui in Italia erāt, Longobardos adhortatur, ut sp̄retis fœderibus iā ictis Romanos adorirent, quare Agilulphus ex Cisalpina mouēs uastatis longe ac late Hetruriæ agris, quā iter faciebat, urbē Romam magnis illatis calamitatibus integrū annum obsedit: quo quidem tpe Seuerus Aquileiensis ep̄s in hæresim prolapsus est, quæ multorū malorum seminarium fuit. Nam Seuerus mortuo Aquileiensis ecclesia bifariam diuisa est, cū Agilulphus Longobardorū rex, Iohannē Aquileiensem, Gregorius Candianū Gradensem Foro iulianis ep̄scopos p̄fecissent. Agilulphus uero omnia spe potiūda: urbis obsidionē soluens, Mediolanū redijt. At Mauritius non sponte, sed coacte penitentiā ductus cū Gregorio mitius agere cepit, q̄ intellexerat quendā monachi habitu indutū, strictum gladium in manu tenentē in foro Constantinopolitano clamasse, imperatorē breuī gladio moriturū: hoc idem eius somnium confirmauit, quo se uxorē ac liberos cædi uidebat. Interim uero milites stipendijs suis defraudati, Phocæ cœturionem imperatorē creant, & Mauritius obruncant unde uigesimo imperij sui anno. At Gregorius exornatis q̄buscunq; rebus potuit basilicis Romanis, dedicatq; Gotthorū ecclesia, quæ in suburra est Agathæ martyris nomine, Fl. Ricimerij uiri cōsularis opus (ut literæ musuæ indicāt) paternā domū in Cluio Scauri positam nō longe à circo maximo in monasteriū redegit, quo in loco & hospites continuo accipiebant, & pauperes undiq; confluentes, cibo & potu in uita retinebant. Vir certe omī laude dignus, si uitam, si mores, si doctrinā, si solertiā in rebus tū diuinis tū humanis inspicis. Neq; est cur patiamur Gregoriū hac in re à quibusdā literarū ignaris potissimū carpi, q̄ suo mandato ueterū ædificia sint dirupta, ne peregrini & aduenæ (ut ipsi fingunt) ad urbem religionis causa uenientes posthabitis locis sacris, arcus triumphales & monumenta ueterum cum admiratione inspicerent. Absit hæc calumnia à tāto p̄tifice Romano, p̄sertim cui certe post deū patriā q̄ uita charior fuit. Multa profecto ex collapsis ædificijs exedit uetustas. Multa p̄terea demolitū homines ædificandi gratia, ut quotidie cernimus. Impacta illa foramina quæ tū in concauo fornicij, tū in coniuncturis marmorum quadratorū uel lapidum uidentur, non minus à Romanis q̄ à barbaris auellendi aris causa crediderim. In fornicibus em̄, quo leuior esset molles, ollas cum nūmismatibus collocabāt. Lapides uero quadratos æneis clauis firmabant. Factum id quoq; à Romanis dixi, si Ep̄irota, Dalmata, Pannonij, & fex totius orbis terrarum huc missa Romani appellari possunt. Gregorius autē confirmata omī ratione ecclesia dei anno. XIII. mēse. VI. die. X. pontificatus sui mori: Phocæ uero imperatoris anno secundo, sepeliq; collachrymantibus om̄ibus in basilica Petri añ secretariū quarto idus martij. Eius uero in morte mensibus. V. diebus. XIX. sedes Romana tum uacat.

SABINIANVS I.

Sabinianus cuius patriā ignorat, ac merito quidē, Gregorio successit. Homo em̄ obscuro loco natus, obscurior moribus, rebus gestis Gregorij uiri sanctissimi aduersarius est. Nā cū suo p̄tificaru fame laboraret, instaretq; pauperes, ut pietatē Gregorij clemensinis imitaret, nil aliud r̄ndebat, q̄ Gregoriū popularem famā aucupantē,

f. iij

forte dicitur
m̄ns quasi
dicas terre ha
bitabilis, q̄
eodem tendit
quo καλοῦσα
nos.

Seuerus Aquileiensis.

Phocæ creatur imperator.

LXVII. p̄t.

patrimonium ecclesie largitionibus dissipasse. Paululum etiam abfuit quin libri eius cō-
burerent, adeo in Gregorium ira & inuidia exarserat homo maleuolus. Sunt qui scri-
bant Sabinianum instigantibus quibusdam Romanis, hoc in Gregorium molitum esse,
q̄ ueterum statuas tota urbe dum uiueret & obruncauerit & disiecerit, quod quidē ita
uero dissonum est, ut illud quod de abolendis ædificijs maiorum, in uita eius dixim⁹. Ita
uel statua tum propter ueritatem collapsa, tum etiam quia basibus sublatibus, aris,
uel etiam marmorum causa stare tantæ moles non poterant. Quod autem capitibus ca-
reant mirum nequaquā uideri debet, cum ipsius statua casu ea pars utpote fragilior, et ad
accipiendam læsionem paratior potissimum frangatur. Sed quid ego has coniecturas
quaror⁹? Videmus statuas excisis capitibus non diffractis iacere, quia facilius est caput sta-
tua q̄ totum corpus deferri: quod hodie quoq̄ fit ab his præsertim, qui antiquitatis stu-
diosi sunt. Non est igitur cur tantum facinus Gregorio obiiciatur. Ad Sabinianum redeo,
cuius hoc fuisse institutum ferunt, ut & horæ in ecclesijs distinguerentur officij gratia,
& accensæ lampades continuo retinerentur, potissimum uero in ecclesia beati Petri. Sūt
qui scribant Phoca annuente pacem tum cum Longobardis icām, reddita Agilul-
pho eorum regi filia, quæ in bello capta fuerat. Tanta uero hoc tempore apparere pro-
digia, quanta nunquā antea, quibus certe futura calamitates portendebantur. Nam & co-
metes uisus est perlucidus, & Byzantijs puer quadrupes nascitur. Et apud Delon insulā
duo marina monstra omnino humanam speciem habentia uisa sunt, Sirenes fortasse fue-
re Acheloi filia, ut aiunt poeta: q̄d si ita fuisset, nequaquā pro mōstro habenda erant, cum
elementum aquæ, animalia terrestribus similia, in omni specie producat. Sunt qui scri-
bant tempore Sabiniani & Iohannem patriarcham Alexandrinum uirum pietate & do-
ctrina insignem, & Latinianum episcopum Carthaginensem Iohanni nequaquā dissimile,
dignitatem utriusq̄ ecclesie mirum in modum auxisse. Seuerus quoq̄ Latiniani familia-
ris uir doctissimus multa tum in Vincentium Casaraugustanum episcopum scripsit, q̄
in arrianum dogma declinauerat. Idem quoq̄ de uirginitate librum ad fororē scripsit,
quem aureolum appellauit. At Sabinianus cum annum unum, menses quinq̄, dies, IX.
in pontificatu sedisset, moritur, funusq̄ eius a sancto Iohanne per portam asinariam &
pontē miluiū ad basilicā Petri deferri. Vacat sedes eius morte mēses. XI. dies sex & XX.

BONIFACIUS. .IIII.

Bonifacius tertius, patria Romanus, a Phoca imperatore obtinuit, magna tamē
contentione, ut sedes beati Petri apostoli, quæ caput est omnium ecclesiarū, ita
& diceretur & haberetur ab omnibus: quem quidem locum ecclesia Constanti-
nopolitana sibi uendicare conabatur, fauentibus interdum malis principibus, affirman-
tibusq̄ eo loci primam sedem esse debere, ubi imperij caput esset. Affirmabant Roma-
ni pōtiffices urbē Romā unde Constantinopolim Colonia deducta est, caput imperij me-
rito habēdā eē, cū etiā Græci ipsi literis suis principē fuis-
sent, *ἡ ῥωμαίων αυτοκρατορία*, id est,
Romanorū imperatorem uocent, ipsiq̄ Constantinopolitani etiam ætate nostra
non Græci uocentur. Omitto q̄ Petrus apostolorum princeps successoribus suis ponti-
ficibus Romanis regni cælorum claues dederit, potestatemq̄ a deo sibi concessam reli-
querit, non Constantinopoli, sed Romæ. Illud tantum dico, multos principes, maxime
uero Constantinum comparandæ synodi ac dissoluendæ, confutandi, uel confirmandi ea
quæ in synodis decreta erant, Romanæ sedis tantummodo concessisse. Merito igitur se-
des Romana cæteris antefertur, cuius integritate & constantia cunctæ hæreses confuta-
tæ sunt & explosæ. Idem quoq̄ Bonifacius instituit habita synodo episcoporum duo &
septuaginta, presbyterorum. XXX. diaconorum trium, ne quis sub anathematis culpa
in locum demortui pontificis aut episcopi subrogaretur, nisi tertia saltem post obitum
eius die, ut ue anathematizarentur qui largitione & gratia ad pontificatum uel episco-
patum aditum sibi quaerent. Voluit item electionem episcopi a clero pariter & popu-
lo fieri, eamq̄ ita ratam fore, si a principe ciuitatis approbata esset: & si summus ponti-
fex deniq̄ his uerbis auctoritatem suam interposuisset, uolumus & iubemus: sancta quip̄

pe institutio & per necessaria nostris præsertim temporibus, quibus in peius omnia dila-
buntur. Est enim simile ueri, clerum & populum ac principem ciuitatis, si libera suffra-
gia sunt, non alium electurum, quam qui merito possit & debeat alijs præesse, quod est
episcopi proprium, ut uocabuli etymologiam, huic rei accommodatam reperamus. Li-
cet re uera (pace honorum dicam) multi episcopatum desiderent explendæ auaritiæ &
libidinis suæ causa, non quo communi utilitati, ut eorum exposcit officium & nomen,
consulant, Quaritur enim quantum reddat episcopatus, non quot oues pascuat in eo sint,
sed de his satis. Ad Bonifacium redeo, cuius cum uita, ut uideo, etiam decreta extincta
sunt, pontificatus sui mense nono. Sepultus est autem in basilica Petri. Vacat tum sedes
mense uno, diebus sex.

BONIFACIUS. .IIII.

Bonifacius quartus, natione Marfus, patria Valerientis, patre Iohanne medico,
templum sanctæ Mariæ rotundæ, quod ueteres Pantheon, quia Cybeli & omni-
bus dijs commune esset, a Phoca imperatore obtinuit, consecrauitq̄ quarto idus
Maij in honorem beatæ uirginis omniumq̄ martyrum, eiectis prius gentium simula-
cris, lustratoq̄ templo. Vnde postea uirgo ad martyres appellata est. Hoc eodem tem-
pore Persæ rege Cosdroa in Romanas prouincias irrumpentes, superato Phocæ exerci-
tu Hierosolymam occupant. Tēpla christianorū prophanant & diripiunt. Lignum do-
minicæ crucis inde auferunt. Zachariā uirum sanctissimū eiusdem ciuitatis patriarcham
in captiuitate abducunt. Hanc ob rem ab omnibus, potissimū uero a senatu spreus Pho-
cas, ab Heraclio copiarum & Aphricæ prouinciæ duce imperio ac uita priuatur. * Ca-
cannus uero Bauarorum rex per Pannoniam & Illyricum in Italiam irrumpens, Longo-
bardorum reges ita superat, ut paulum abfuerit quin prouinciā ipsam caperet, ita ta-
men Forumiulij prodicione Romildæ eius amore captæ diripuit, ut uix ipsius prouin-
ciæ cernerentur uestigia. Dum hæc agerentur in Italia, Iohannes Gerundensis episcopus
religionem Christi prædicatione & scriptis ubiq̄ tuebatur. Hic enim genere Gotthus,
in Lusitania natus, ubi sæpe aliquid per ætatē cœpisset, Cōstantinopolim proficiscens, ita
græcæ & latine doctus inde discessit, ut in Lusitaniam rediēs, Arrianā hæresim, quæ tū
inualuerat facillime confutaret, hanc ob rē Barchinonam ab hæreticis relegatur. Verū
postea mortuo Lemungildo rege, qui hæreticis fauebat, in patriā rediēs, & multa scri-
psit ad doctrinam nostram pertinētia, & monasteriū cōdidit, rationeq̄ uiuendi mona-
chis cōscripsit. Eutropius quoq̄ Valētinus episcopus Hispanos doctrina & exēplo in fi-
de cōtinuit. Præterea uero Colūbanus abbas uir sanctissim⁹, gnē Gotthus (ut quidā as-
firmant) ex Scotia in Burgundiā primo ueniens, Lixonense monasterium egregium id
quidē extruxit, inde in Italiā abiens apud Bobium in apennino aliud monasterium am-
plum sanè edificat inter Hetruscos, Ligures & Insulubres. His autē hac in re nequaquā ce-
dēs Bonifacius pōtiffex, domū paternā in monasteriū redigit, fundosq̄ suos monasterio
ascribit in monachorū usum, Verū non ita multo post diē extremū obiens, sexto pontiffi-
catus sui anno, mense octauo, die. XIII. quo quidē tempore, peste, fame, & inundatione
aquarum laborarum est, sepelitur in basilica Petri. Vacat tum sedes eius morte mensis
VII. diebus quinq̄ & uiginti.

DEVS DEDIT. I.

Deus dedit p̄ria Roman⁹, patre Stephano subdiacono, pōtifficatu oim suffragatis
adept⁹, cler⁹ mirum in modū dilexit et auxit. Ferūt quidā hūc tātæ sanctitatis
fuisse, ut quendā obuiū elephātia morbo laborantē, osculo suo lepra statim li-
berauerit. Cōstituit autē uir optim⁹, ne fili⁹ patrimij puellā è sacro fonte a patre leuata du-
cere in uxore posset. Eodē quoq̄ tpe Heracli⁹ magno cōparato exercitu multas prouin-
cias a Persis occupatas in potestatē suam redigit, Ducem Persarum singulari certamine
ex equo derurbat & interficit. Cosdroā regem Persarū opprimit, filium eius captum &
baptizatum in regnum paternum restituit. Persidem ingressus, turrim Cosdroæ thesau-
ris plenā capit, quoq̄ partē militibus tribuit, partem uero reparadis templis, quæ
sæpe diripuerant & uastauerant designat, Ipse præterea alia onustus præda cū septem cle-

LXIX. pō.

Mariarotunda

Cacanus.

Iohannes Gerundensis.

LXX. pō.

Heraclius imperator.

Prodigia.

LXVIII. pon.

Phocas impe.

Largitionibus non querendus episcopatus.